

**CULTUS POPULARIS IN ROSSIA  
ORIGINIS AC PROGRESSUS  
ADUMBRATIO.**

---

DISSERTATIO INAUGURALIS  
HISTORICO-STATISTICA

QUAM

VENIA ATQUE AUCTORITATE  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

CAESAREA LITERARUM UNIVERSITATE  
**DORPATENSI**

PRO GRADU

*DOCTORIS PHILOSOPHIAE*

RITE IMPETRANDO

CONSCRIPSIT ATQUE LOCO CONSUETO  
PUBLICE DEFENDET

*Nicolaus Iwanow,*

*Nijn=Nowgorodiensis.*

PARS PRIOR S. HISTORICA.

EBLIOU  
ACADEM  
DORPATI

---

DORPATI LIVONORUM,

TYPIS J. C. SCHUENMANNI, TYPOGRAPHI ACADEMICI.

MDCCCXXXIX.

**IMPRIMATUR**

haec dissertatio ea lege, ut, quum primum ex officina emissa fuerit, quinque exempla eius collegio libris inspiciendis exhibeantur.

Dorpati d. X. m. Febr. a. MDCCCXXXIX.

**DR. FRID. NEUE,**  
*Ord. philos. h. t. Decanus.*

**VIRO**

**PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO**

**GUSTAVO A KRAFFSTROEM**

CAESAREAE UNIVERSITATIS LITERARUM  
DORPATENSIS CURATORI EXCELLENTISSIMO  
AUGUSTISSIMI IMPERATORIS LEGATO MILI-  
TARI ORDINUM ALBAE AQUILAE SANCTI  
VLADIMIRI SECUNDAE SANCTAE ANNAE  
CORONA IMPERATORIA DECORATI PRIMAE  
SANCTI GEORGII QUARTAE CLASSIS NEC  
NON FERREAE CRUCIS BORUSSICAE ALIO-  
RUMQUE INSIGNIUM SPLENDIDIS-  
SIMO EQUITI

**D. D. D.**

**OBSERVANTISSIMUS AUCTOR.**

D 63275

Von jeher bin ich der Meinung gewesen, daß Derjenige, den Neigung und Geist zu dem Studium der Geschichte führen, seine Kräfte vor Allem der Geschichte seines Vaterlandes zu widmen habe.

Euden.

## Prooemium.

**E**xiguam sane de progressibus cultus popularis, in veteri Rossia quondam factis, notitiam habemus. Annalium enim scriptores, in his Nestor eumque secuti, renunciandum potius putarunt, „како быша древнии Князи и мужи ихъ, и како отбараняху Русьскыя земля, и ныня страны приимаху подъ ся“ 1), quippe qui maximam in eo posuerint operam, ut aequalibus suis de bello, caedibus et prodigiis narrent 2), aliisque ejusmodi rebus explicandis humaniores eos redderent. „И нынѣ всякъ возрасъ да разумѣетъ, и всякъ да приложитъ ухо слышати: како, грѣхъ ради нашихъ, попусти Господь Богъ праведное свое наказаніе отъ конецъ до конецъ всяя Россіи, и како весь Славенскій языкъ возмушился и вся

---

1) Строева, Софійскій Временникъ, М. 1820, ч. I, стр. 10 — 11.

2) Schlözer's Nestorъ, 1ster Th., S. 14 — 15: „Zur Cultur-Geschichte Russlands liefert er (Nestor) nur wenig: mehr beschäftigen ihn Wunder und Wunder-Zeichen, und noch mehr Kriege und Mord-Geschichten.“

„мѣста по Россіи огнемъ и мечемъ поядены быша.“ 3) *Fontium vero, e quibus notitiae cultus popularis Rossorum emanaverint, nullam annalium scriptores rationem habuerunt 4).* Nihilomagnis in ea re alii quoque fontes domestici sufficiebant, in quibus indicia, quae rem nobis tractandam illustrare possent, quaesivimus. Hi fontes

a) laudati quidem sunt:

in Карамзина, И. Г. Р., изд. 5, Спб. 1830, т. I, стр. XXXIII—XXXV.

Полеваго, И. Р. Н., т. I, М. 1829, стр. LXXIII—LXXVII.

Устрялова, Р. И., ч. I, Спб. 1837, стр. 25, 55—56.

Спросва, Хронологическое указание матеріаловъ опещенной Исторіи, Липеранурги и Правовѣднія, до начала XVIII столѣтія. (Въ Журналь Министертства Народнаго Просвѣщенія, 1834, Февраль, стр. 152—188.)

Et b) partim typis excusi:

in Новикова, Д. Р. В., Спб. 1773—1775 X ч. Продолж. въ XI ч., Спб. 1786—1801. 2 изд. въ XX ч. М. 1778—1791.

---

3) Сказаніе о осадѣ Троицкаго Сергіева Монастыря отъ Поляковъ и Липвы, и о бывшихъ попомъ въ Россіи мятежахъ, сочиненное Келаремъ Аврааміемъ Палыцынымъ, М. 1822, стр. I.

4) Confer sententias quasdam concinnas et acutas de ratione ac via, quam Nestor ejusque successores sunt secuti, in Полеваго, И. Р. Н., т. I, стр. LV—LVIII; Розскампфа, Обзорніе Коричей Книги, въ историческомъ видѣ, М. 1829. Примѣчанія ко введенію, стр. 3—5.

Графа Румянцова, С. Р. Г. Г. и Д., М. ч. I 1813, ч. II 1819, ч. III 1822, и ч. IV 1828.

Акты, собраныя Археографическою Экспедиціею и издашыя Высочайше учрежденною Коммиссіею, въ IV томахъ, Спб. 1836.

Hosce fontes, cognoscendo antiquo Rossorum juri, perquirendis domesticis atque externis Rossiae rebus, explorandae etiam Rossorum linguae sensim sensimque excultae, perutiles ac necessarios agnoscimus et magni aestimamus. De statu autem cultus popularis veteris Rossiae parum illi nobis praebent certi novique.

Ut vero fontes domestici, ad historiam veteris cultus popularis Rossorum examinandam necessarii, perpauci nobis offeruntur, majorem tamen ejusdem generis inopiam invenimus in annalibus peregrinis, quos peritissimi atque subtilissimi antiquitatis cultores jam diu in consilium adhibuerunt. Ex quo quidem Byzantinorum, Francorum, Scandinavorum et gentium orientalium opera antiquae Rossorum historiae adhiberi coepta sunt, „ist“, ut egregie ait Fraehnus 5), „so manche Lücke in dieser ausgefüllt, so manche dunkle Partie erhellt, dieser und jener zweifelhafte und streitige Punkt beseitigt, „von manchem vorher unbegreiflichen Phänomene „die Erklärung, von manchem auffallenden Datum „die Bestätigung gefunden worden.“ Cujus rei haud

---

5) *Ibn-Fosslan, pg. III.*

immemores, pro magnis de Rossorum historia meritis, viris illis clarissimis doctissimisque gratiam referamus necesse est, uti Bayero, Schloezero, Strittero, Krugio, Lehrbergio, Eversio, Krusio, Reutzio, Rosenkampfo, Sjögrenio, Wilkenio 6), Fraehnio, Erdmanno, Senkofskio, Schmidtio et Hyacintho, qui, acerrimi ac ingeniosissimi rerum investigatores, multas historiae patriae nostrae lacunas expleverunt et tenebras dispulerunt. Horum virorum opera praestantissima etsi summo studio et cura perlegi, tamen, quod ad propositum meum attinet, pauca tantum vestigia, quae sequi possem, in iis me invenisse confiteor. Ceterum, si Schloezeri dictis 7) fides tribuenda est, ne in spem ingrediamur, fore, ut tetrae literarum tenebrae, quae statum cultus popularis veteris Rossiae ab oculis remonent, temporis decursu, Byzantinorum, Francorum, Scandinavorum, orientaliumque gentium ope, tollantur, dissipentur. Exteri enim annalium scriptores saeculi noni, decimi, undecimi et duodecimi earum tantum rerum, in Rossia gestarum, mentionem, idque obiter, faciunt, quarum participes ipsorum civitates quodammodo fuerant 8), aut,

6) Ueber die Verhältnisse der Russen zum Byzantinischen Reiche in dem Zeitraume vom neunten bis zum zehnten Jahrhunderte. Berlin, 1831. — Recensuit Krusius V. Cl., in Dorpater Jahrbücher, 1834, 2ten Bdes. 1stes Heft, S. 20 — 37.

7) Schlözer's Hecmopъ, 1ster Th., S. 31, 78.

8) Excipitur Constantinus Porphyrog. imperator, qui in opere suo praestantissimo: „De administrando Imperio“, quaedam magni momenti indicia de domestico Rossiae statu, qualis fuerit decimo saeculo, exhibuit. — Cf. Schlözer's Hecmopъ, 1ster Theil, S. 31.

sicut Arabes solent, tum ex rumoribus passim acceptis, tum ex ipsorum observationibus, non tamen in Rossia factis, de veterum Rossorum temporibus referunt 9).

Mongolis Rossiae dominantibus, legati pontificii eandem terram intrarunt. Hi, Evangelii apud externas gentes praedicatorum, etsi ad res novas mirabilesque enarrandas admodum erant propensi, nobis tamen, quum de barbaris illis, patriae nostrae vastatoribus, certiores nos fecerint, notitias simul quasdam praeclaras dederunt, quod ad supplendos, explicandos probandosque scriptores orientales, praesertim Persicos, Tataricos, Turcicos atque Chineses 10) attinet, haud exiguum afferunt opem. De domestico autem tum temporis statu Rossorum Plano Carpinus, Ascelinus et Rubruquis indicia nobis parum idonea reliquerunt. Ceterum id, quum patria nostra ab illorum investigationibus procul abfuerit, quomodo aliter fieri potuit? Unde recens illa calamitas, quae rei Christianae interitum minabatur, tam repente exstiterit, ubi gentes barbarae sedem habuerint, quae, ut cultum humanitatemque orbis terrarum occidentalis opprimerent, infestissime ingrediebantur, quod vitae genus degerint, quibus usi sint moribus, institutis, legibus, quantae earum fuerint bel-

9) Frähn, Ibn-Foszlau, S. XXVIII — XXIX. — Ueber die Wohnsitze der ältesten Russen. Sendschreiben an G. Ewers, 1825, S. 49. — H. P. II., m. I, M. 1829, comp. 64 u 66.

10) Frähn's Ibn-Foszlau, S. 14.

licae vires, nemo in Europa fuit, qui sciverit. Praeterea quoque Innocentius IV id maxime egit ac molitus est, ut acerrimos illos Europae hostes, qui bello et praeda vivebant, ad clementiam mansuetudinemque reduceret, ab incursionibus eos cohiberet, atque ad ecclesiam Christianam revocatos adversus Turcas aliasque gentes exteras mitteret, quas potestati suae subjicerent. Alterum subtiliter perscrutari, alterum commode experiri, — hoc tandem fuit legatis illis, supra dictis, conficiendum. Sed illi, Rossiae nulla prorsus habita ratione, si quidem notitias nobis praebuerint, id tantum obiter fecerunt 11).

Joanne III imperante, Rossia cum ceteris Europae civitatibus foedera junxit, ad earumque res propius accessit 12). Ex eodem tempore, Augustam Principum Mosquensium sedem saepius adibant legati peregrini, narrantes, quae in itinere a finibus civitatis suae ad Moscoviam usque vidissent audissentve. Horum legatorum nomina et itinerum descriptiones hoc loco non proferam, quia alii jam viri doctissimi, in iis nuper Ustrialovius 13), accu-

11) Schlözer's *Респортъ*, 1ster Theil, s. 78.

12) De relationibus Rossiae cum Europae civitatibus ante Joannem III v. H. G. P., I, 206, 233, 243, 246, 284 — 285; II, 9, 10, 33 — 39, 90 — 94, 115, 118, 165, 166, 191, 192, 218; III, 86, 87, 123, 124, 234, 256, 257, 284; IV, 24 — 27, 43, 55 — 58, 75, 76, 102, 103, 187, 237 — 239, 269, 300 — 306; V, 135, 320 — 340. — Крузе, о происхождении Рюрика; въ *Ж. М. Н. П.*, 1836, Январь, 43 — 75.

13) *Р. И.*, ч. I, стр. 29 — 31.

ratissime de iis scripserunt. Si vero, quae Schloezerus 14) et Polevoius 15) ad examinandas eas notitias nobis exhibent, quas legati, Roma, Venetiis, ex Germania atque Britannia missi, de statu Rossiae, qualis tunc temporis fuerit, reliquerunt, nos penitus expendimus et aestimamus, facile intelligi potest, quibus erroribus capti illi Moscoviam venerint, quam levia s. fortasse irrita rerum indicia, pro inscitia Rossorum linguae 16), pro assidua majorum nostrorum diffidentia 17), colligere ibi potuerint. Qui legati externi, quum toto a finibus Rossiae ad Moscoviam itinere, atque in reditu usque ad fines ejusdem terrae comites haberent praefectos Principum Mosquensium 18), quum in ipsa sede Augusta, dum commorabantur, diligentissime custodirentur, nec in ullam Rossorum familiaritatem se dare possent 19), impediti sane fuerint, quo minus certam domesticarum Rossiae rerum notitiam sibi compararent. Inde literae eorum longam rituum aulae sollemnium consignationem complectun-

14) *Респортъ*, 1ster Theil, s. 78 — 79.

15) *Н. Р. Н.*, т. V, М. 1833, стр. 538 — 539, 545; т. VI, М. 1833, стр. 38.

16) *id.*, т. V, стр. 550. *Н. Г. Р.*, изд. 3, СПб. 1830, т. VI, стр. 362.

17) *Н. Г. Р.*, т. VI, стр. 245, 265 — 267; т. VII, стр. 156, 251, 252. *Н. Р. Н.*, т. V, стр. 546.

18) *Н. Г. Р.*, т. VI, стр. 260; т. VII, стр. 207.

19) *id.*, т. VII, стр. 252: „послы сидѣли одинъ, не могли завѣдывать знакомствемъ.“

tur 20). Ipse Herbersteinus, doctissimus suae aetatis vir 21), Slavorum linguae peritus 22), cui Schloezerus 23) honorem attribuit detectae Rossiae, ex sententia hujus viri acutissimi 24), mancam atque inchoatam historiae Rossicae cognitionem habuit 25). Qui, quum praeteritorum peritia careret, quomodo praesentia rectius concipere potuerit? 26). Nihilominus Herbersteinii opus (Rerum Moscoviticarum commentarii) ad duodevicesimum usque saeculum uberrimus profecto exstitit fons, ex quo omnes paene viri docti peregrini historicas, geographicas et statisticas de Rossia notitias hausserunt 27).

De periodo ista interregni calamitosa homines alienigenae, qui eodem tempore Moscoviae commorabantur, quasdam magni momenti relationes nobis reliquerunt. 28) Singulari ingenio ac diligentia

20) In hisce etiam descriptionibus adhibendis summa cura est utendum, quia Principum Mosquensium multum interfuit, ut legatorum mentes splendore ac luxu caperentur. — Id., III, VII, стр. 205 — 207.

21) И. Р. II., III, VI, стр. 39, прим. 24.

22) Schlözer's Несморъ, 1ster Th., s. 80, 85.

23) Ibid., s. 79.

24) Ibid., s. 80.

25) Cf. Ueber die Wohnsitze der ältesten Russen, s. 38. — И. Р. II. I. I.

26) Egregie ait Rankius: „Jede Gegenwart ist von der Vergangenheit erfüllt, und dies verbürgt uns die Zukunft.“ Historisch-politische Zeitschrift, 2ter Bd., 1stes Heft, s. 667.

27) Schlözer's Несморъ, 1ster Th., s. 85.

Ustrialovii 29) et Muchanovii 30) factum est, ut earum quoque versiones critice illustratas habeamus. Quae tamen relationes, etiamsi ad cognoscendum civilem Rossiae statum, qualis illo tempore fuerit, admodum necessariae sunt, de domesticis patriae nostrae rebus parum certi nobis praebent, nec omnem prorsus tollunt dubitationem 31). Res sane aliusmodi est, ac (putatur; nam acris rerum diurnarum mutatio omnium animos tenuit terruitque 32). Nihilomagis, quod attinet ad rem mihi tractandam, literae ac relationes sufficiunt eorum legatorum, qui inter dominationem Michaelis Theodori filii, Alexii Michaelis filii, Theodori Alexii filii Principum, atque Sophiae Augustae, in Rossiam profecti sunt 33),

28) Id., ibid., s. 87. Устрялова, Р. II., ч. I, стр. 31.

29) Сказанія Современниковъ о Димитріи Самозванцѣ. Спб. ч. I 1831, ч. II 1832, ч. III 1832, ч. IV 1834, и ч. V 1834.

30) Памятники XVII в. Подлинныя свидѣтельства о взаимныхъ отношеніяхъ Россіи и Польши, преимущественно во время Самозванцевъ, М. 1834. — Рукопись Жолкѣвскаго, М. 1835.

31) Устрялова, Сказанія, ч. I., стр. XIV и XV.

32) Id., ibid., ч. IV, стр. III: „Наблюдатели разсказываютъ просто, день за день, что они сами видѣли.“ Ч. V, стр. IV: „Маскѣвичъ велъ подробный Дневникъ, съ 1594 по 1621 г., всему, что казалось ему замѣчательнымъ, что самъ онъ, болышею частію, видѣлъ и дѣлалъ, что его радовало и печалило. Записывая день за день, для себя, безъ всякой мысли о попомощіи, и проч.“

33) Schmidt Phiseldeck's Materialien zur Russischen Geschichte. 1ster Th., Riga 1777, s. 70 — 73, 121 — 139. — Устрялова, Р. II., ч. I, стр. 32. — Ж. М. Н. II., 1835, Генварь, стр. 68 — 82.

quamvis, quae viri illi se observasse nuntiaverunt, ea non parvi sane momenti esse videantur.

Non temere, inspiciendis veteris Rossorum historiae fontibus, quatenus ad literarum cultum pertineant, tantum temporis consumi. Lectores vero, liberam de hocce opusculo meo sententiam laturi, fontium velim prius respiciant inopiam indigentiamque, ex quibus multa haud dubie errata, quae adhaereant dissertationi meae, emanaverint. „Wer „strauchelt nicht, indem er auf ungebahntem Wege „bald im Halbdunkel, bald im Finstern wandelt“ 34). Huic similis est, qui historiam cultus popularis veteris Rossiae explicandam sibi proposuit. „Keines „anderen Volkes Geschichte verlangt,“ ut recte ait Eversius 35), „so viele Kenntnisse, als die der al- „ten Russen.“ Equidem certe procul absum ab ea temeritate, ut omnibus hujusmodi facultatibus me esse ornatum arbitrer. Occulta enim penitus investigare et perscrutari, cognita quaevis colligere ac rei adhibere, nec tempus nec locus permisit.

Inde ab anno millesimo sexcentesimo undequingagesimo fontes domestici uberiores et majoris momenti existunt. Nam eodem anno opus illud, inscriptum „Полное Собрание законовъ Россійской Им- „періи,“ incoepit, et ad nostra usque tempora conti-

34) Ewers, Geschichte der Russen. Dorpat, 1816, S. II und III.

35) Kritische Vorarbeiten zur Geschichte der Russen. Dorpat, 1814, S. XII.

nuatum est 36). Hoc opus quanti sit momenti, etsi meum non est demonstrare, facile tamen cuicumque persuadere possum, qui statum domesticum atque externas Rossiae res, quales fuerint inde a septimo decimo saeculo, perspicere planeque cognoscere velint, eos opere illo carere non posse. Quod equidem nisi, quantum in me fuit, dissertationi meae adhibuissem, propositum sane exsequi non potuissem. Quorum vero scriptorum peregrinorum opera ex anno millesimo sexcentesimo undequingagesimo usque ad hunc diem in lucem edita sunt, iis in scribendo hocce opusculo caute atque circumspecte me usum fuisse confiteor, et quemque historiae Rossicae bene peritum meum in hac re consilium probaturum censeo. Nam clarissimi nostrae aetatis scriptores exteri multis omnino erroribus nondum vacant, quum de cultus popularis in Rossia statu ac progressu judicent 37).

Quo propius, labentibus annis, ad nostrae aetatis historiam accedimus, eo uberius fontium indi-

36) Собрание первое, съ 1649 г. по 12 Декабря 1825 г., 48 т., Спб. 1830. Собрание второе, съ 12 Декабря 1825 по 1830 г., 4 т., Спб. 1830, И продолженія.

37) Ancillon, Essai sur la philosophie de l'histoire, 2de édit., Paris 1832, t. IV, pg. 120. Lermnier, De l'influence de la philosophie du XVIII siècle sur la législation et la sociabilité du XIX— me. Paris 1833, pg. 177. Saint - Marc - Girardin, Notices politiques et littéraires sur l'Allemagne, t. I, Bruxelles 1835, pg. XIV— XVIII, 39, 40. Lorentz, Ueber die Behandlung der allgemeinen Geschichte in der Russischen Litteratur, in Dorpater Jahrbücher, 4ten Bandes, 2tes Heft, 1835, S. 98. — Confer,

genorum fit copia. Anno millesimo octingentesimo secundo Ministeria octo instituta sunt. In illo Alexandri Imperatoris edicto maxime memorabili, quo formulae normaeque rerum administrandarum sunt expositae, haec quoque leguntur: „Каждый изъ Министровъ, въ концѣ года, долженъ подавать „Намъ, чрезъ Правительствующій Сенатъ, письменный отчетъ въ управленіи всѣхъ ввѣренныхъ „ему частей“ 38). Anno millesimo octingentesimo

quae universe de Slavorum stirpe dixerunt: Rosenkranz, das Verdienst der Deutschen um die Philosophie der Geschichte. Königsberg, 1835, S. 21. Hegel, Vorlesungen über die Philosophie der Geschichte, herausg. v. Ed. Gans, Berlin, 1837, S. 359, 360. — Von Baer, Ueber das Verhältniss des Preussischen Staats zur Entwicklungsgeschichte der Menschheit; v. Historische und Litterarische Abhandlungen der Königlichen Deutschen Gesellschaft zu Königsberg, herausg. von Schubert; dritte Sammlung, Königsberg, 1834, S. 244. — Gravior et summae saeculi nostri doctrinae accommodatior sententia est Polevoii V. СІ.: „Съ идею Человѣчества исчезъ для насъ односторонній эгоизмъ народовъ; . . . съ познаніемъ истинной Философіи мы узнали, какъ слабы выводы, извлекаемые изъ мелкихъ и пристрастныхъ соображеній прошедшаго . . .“ П. Р. П., т. I, стр. XIX. Acutissime quidem disserit praeclarus noster Rosbergus: „L'humanité forme un corps harmonieux où chaque état figure un organe nécessaire à l'ensemble et remplit des fonctions déterminées (p. 20). . . Certes, une puissance douée d'une action extérieure aussi prodigieuse, ne peut exister en vain; elle doit avoir une mission providentielle, qu'elle remplit en passant par les phases diverses de son développement physique et moral (p. 6).“ Sur la signification historique de la Russie, discours prononcé à l'Université Impériale de Dorpat, 1837. D. — Cf. Объ упрекахъ, дѣлаемыхъ Философіи, и проч. Рѣчь О. П. Новицкаго. Ж. М. П., 1838, Февраль, стр. 227 — 329. О ходѣ образованія въ Россіи. Рѣчь О. П. Фишера; ibid., 1835, Генварь, стр. 39.

38) Указъ 1802 г., Сентября 8, § XII. —

tertio collegium summum, inspiciendis scholis constitutum (Главное Правленіе Училищъ) ac Ministerio cultus popularis subjunctum, „Періодическое сочиненіе о успѣхахъ Народнаго Просвѣщенія“ edere coepit 39). In his commentariis, qui ea inscriptione usque ad millesimum octingentesimum vicesimum primum exstiterе annum, vulgata sunt: literae annuae Ministri, cui cultus popularis curae est, Imperatori Augustissimo, atque Curatorum, qui rei scholari praesunt, Ministro relatae, nova de scholarum disciplinis edicta Imperatoria et instituta, quaedam de rebus literariis notitiae etc. Inde ab anno millesimo octingentesimo primo et vicesimo ad mensem usque Februarium anni millesimi octingentesimi vicesimi tertii commentarii illi, inscripti: „Курналь Департаментна Народнаго Просвѣщенія“ 40), et ab anno millesimo octingentesimo vicesimo quarto ad millesimum octingentesimum undetricesimum annum sub titulo: „Записки, издаваемыя оубъ Департаментна Народнаго Просвѣщенія“ 41), in lucem editi sunt. Anno millesimo octingentesimo tricesimo tertio Ministerium cultus popularis in publicum efferri jussit: „Собраніе постановленій по Мини-

39) Матеріалы для Исторіи просвѣщенія въ Россіи, собираемые П. Кетченомъ. N. I, Спб. 1819, стр. 45. — Ж. М. П. П., 1834, Генварь, стр. VIII; Мартъ, стр. CLXXII: „Учрежденіемъ Министерсва Народнаго Просвѣщенія постановлено издавать при ономъ періодическое сочиненіе.“

40) Кетчева, Матеріалы для Исторіи просвѣщенія въ Россіи. N. II, стр. 19.

41) Ж. М. П. П., Генварь 1834, стр. VI.

сперспву Народнаго Просвѣщенія, съ 1 Января 1829 года по 21 Марта 1833, служащее продолженіемъ Запискамъ Департаментна Народнаго Просвѣщенія. Спб. 1833. " In praefatione hujus operis haecce exstant dicta: „Поспановленія, состоявшіяся съ 21 Марта 1833 г., войдутъ въ составъ первыхъ книжекъ Журнала М. И. П. на 1834 годъ.“ Anno millesimo octingentesimo tricesimo tertio, quinto et vicesimo mensis Aprilis die, Imperator Augustissimus sententiam Ministri, cultui populari prospicientis, viri illustrissimi atque excellentissimi Uvarovii, de editione „Журнала Министерства Народнаго Просвѣщенія“ propositam confirmavit ac ratam esse jussit 42). Cui sententiae haec a Ministro addita sunt verba: ut complecterentur commentarii „Высочайшія Его Императорскаго Величества по учебной части Повеленія, дѣйствія и распоряженія Министерства, новѣйшія въ области наукъ открывшія, и вообще разныя полезныя и любопытныя свѣдѣнія“ 43). Hi commentari, a certis aliquot viris, ad id proprie electis 44), singulis mensibus eduntur 45). Quorum pars princeps et universalis quanti iis sit momenti, qui ad explorandam antiquam Rossiae historiam omnem curam conferunt, praedicare ac summis efferre laudibus longum sane videtur. Literae an-

42) Ж. М. И. П., Январь 1834, стр. IX.

43) Ibid.

44) Ibid.

45) Ibid., Мартъ, стр. CLXXIII.

nae Ministri illustrissimi, Imperatori Augustissimo relatae, his adjunctae commentariis, non uberri-  
mas tantum atque certissimas de praesenti cultus popularis in Rossia statu complectuntur notitias, sed etiam perspicuam nobis praebent normarum expositionem, quas, qui res publicas administrant, sequuntur, ut Rossorum populum in omnibus imperii regionibus, quantum valeant, cultiorem humanioremque reddant. De aliis commentariis, quos huic dissertationi adhibui, in praefatione partis statisticae copiosius agam.

Schloezerus, vir ingenio ac sagacitate acutissimus, in opere illo, quod inscribitur „Исторія“, recte disseruit: „Cultur-Geschichte der Völker ist „bekanntlich und allgemein der verwahrlosete Theil „in den alten Staaten-Geschichten“ 46). Quae sententia, ex quo innotuit, non nisi in quibusdam nostrae aetatis auctorum scriptis valde probatur. Jam non amplius loquimur de obscuris illis historiae Rossicae corruptoribus, quales sunt Chilkovius, Eminus et Elaginus, qui longa de Scythis atque Sarmatis narratione lectorem fatigant. In ipso Karamsinii opere praestantissimo „Исторія Государства Россійскаго“ multa omnino desiderantur. „Nous n'aimons point à hurler avec les loups“; verum tamen non possumus, quin aperte dicamus, clarissimum illum historiarum auctorem, omissis aliis permultis,

46) 5ter Th., S. 55.

iisque gravissimis rebus, de principibus ducibusque, et eorum de expeditionibus ac bellis copiosius nar- rasse, inprimisque ad explorandam Rossorum cultus popularis historiam, ad indagandos ejusdem fontes tantam sane, quantam debebat, operam non contulisse. Inde multa ejus orta sunt errata, quorum in hacce de Rossorum cultu populari dissertatione mentionem faciam. Majorem in ea re Eversius et Polevoius nobis copiam exhibent. Eversius, qui ex judicio doctissimi clarissimique Prof. Krusii, viri summe venerandi, „durch seine pragmatische Zusammenstellung der Russischen Geschichte eine „grosse Lücke in der Litteratur ausfüllte, zugleich „aber auch durch kritische Arbeiten die genauere „Kenntniss der Russischen Geschichte förderte“ (47), in opere suo praestantissimo, quod modeste ac verecunde inscribitur „Geschichte der Russen,— Versuch eines Handbuchs“, hanc fert sententiam (48): „Für meinen Zweck musste ich länger bei den Gesetzen und Bündnissen weilen; bei jenen, weil sie „die Hauptquelle der Kenntniss des inneren Zustandes der Völker sind; bei diesen, weil sie die „Grundsätze ihrer Wirksamkeit nach aussen beurkunden.“ Et non frustra operam huic rei navavit; sed, quod sibi proposuit elaborandum, prospere perfecit clariss. Eversius. Polevoius in praefatione

47) Dorpater Jahrbücher, 1834, zweiten Bandes erstes Heft, S. 21.

48) S. 5.

operis sui, inscripti „Исторія Русскаго Народа“, dixit: „Желаю представлять читателямъ картины „не битвъ и сраженій, но жизни Прошедшаго 49).“ Quodsi, nullo partium studio abrepti, sine ira et studio fateamur necesse est, Polevoium veram historiae explorandae normam non ubique sequi, atque subtilitati suae et ingenii acumini nimium indulgere, tamen magnam domesticarum Rossiae rerum in eo scientiam esse, quis est, qui neget? Novissimum Ustrialovii opus „Русская Исторія“ jure tironibus utilissimum putatur.

Concipiendis gravissimis, quae exstant in historia juris Rossici, argumentis, egregia Eversii 50), Reutzii 51) et Rosenkampsii 52) opera diligenter adhibui. Non tantae mihi utilitatis fuit, quod nuper editum est, opus Macieiovskii 53), a cujus opinionibus saepius abhorruui.

De vita domestica ac sociali populi Rossici, quod ad antiquiora attinet tempora, nullum adhuc exstat opus, quod quodammodo expectationi

49) m. I, M. 1829, стр. XLIV.

50) Das älteste Recht der Russen. Dorpat, 1826.

51) Versuch über die geschichtliche Ausbildung der Russischen Staats- und Rechtsverfassung. Mitau, 1829.

52) Обзоръне Кормчей Книги, въ историческомъ видѣ. Москва, 1829.

53) Slavische Rechtsgeschichte. Aus dem Polnischen übersetzt von F. J. Buss und M. Nawrocki. Stuttgart und Leipzig. 1ster Th, 1835; 2ter Th, 1836.

nostrae respondeat, inopiae occurrat 54). Uspenskii „Опытъ повѣствованія о древностияхъ Русскихъ“ 55) non nisi levis conatus habendus est. Ejusdem generis quoque est Sacharovii opus „Сказанія Русскаго Народа о семейной жизни своихъ предковъ“ 56). In literis publicis, quas Caesarea Academia doctrinarum Petropolitana sub titulo „Bulletin scientifique“ in lucem profert, haec exstant dicta: Ustrialovium, quum Academico historiae Rossicae ordinario ad jungeretur, orationem inauguralem habuisse: „О постепенномъ развитіи внутрѣнней жизни Русскаго Народа“ 57), quam typis exaratam ego nondum vidi.

Nec minus manca atque inchoata est historia literarum Rossicarum. Quasi conamina, censenda sunt opera: Греча, Опытъ краткой Исторіи Русской Литературы. Спб. 1822. — Schaffarik's Geschichte der Slavischen Sprache und Literatur nach allen Mundarten. Ofen, 1826. — Минрополнша Евгенія, Словарь Историческій о бывшихъ въ Россіи Писателяхъ духовнаго чина Греко — Россійской Церкви. Изданіе 2, Спб. 1827, 2 часни. — Egregium Snegirevii opus „Словарь Русскихъ свѣтскихъ

54) Сахарова, Сказанія, ч. I, стр. 1: „Въ Исторіи Русскаго Народа досель изображали одну только Русь исторически общественную, забывая Русь семейную.“ Ч. II, стр. 63: „Русская Археологія до сихъ поръ состоятъ во многомъ должною предъ современными требованіями.“

55) Изд. 2. Харьковъ, 1818, вѣ 2. ч.

56) Ч. I. Спб. 1836, ч. II и III 1837.

57) Т. III, н. I.

Писателей, соотечественниковъ и чужестранцевъ, писавшихъ въ Россіи, служащій дополненіемъ къ Словарю Писателей духовнаго чина, составленному Минрополншомъ Евгеніемъ; М. 1838, пл. I,“ aeque ac Strekalovii „Очеркъ Русской Словесности XVIII столѣтія, М. 1837,“ ex ephemeridibus publicis tantum mihi nota sunt. Alia scripta vetustiora, quae nondum legi, laudata sunt apud Koeppenium in „Матеріялы для Исторіи просвѣщенія въ Россіи“ 58).

Mirandum sane est, nullum adhuc, Krusensternio excepto, scriptorem vernaculum popularis in Rossia cultus historiam enarrandi periculum fecisse. Koeppenius, acerrimus ille ac subtilissimus antiquitatis investigator, primus exstitit, qui „Матеріялы для Исторіи просвѣщенія въ Россіи“ colligere coepit. In praefatione ad haec collectanea 59) recte ille dixit: „Существующія понынѣ извѣстія о постепенномъ усовершенствованіи отечественнаго „просвѣщенія въ споль многихъ пивореніяхъ разсѣяны, чпо въ наше время 60), для составленія Исторіи просвѣщенія въ Россіи, необходимо нужно напередъ приготоовидѣ особыя матеріялы.“ Anno millesimo octingentesimo undevicesimo prima, mil-

58) N. I, Спб. 1819, стр. 11, 18, 20, 28, 30, 47, 55, 56, 63.

59) Ibid., стр. 5.

60) Hoc scriptum est anno millesimo octingentesimo undevicesimo.

lesimo octingentesimo vicesimo sexto altera et millesimo octingentesimo septimo tertia horum collectionum pars in lucem edita est. Secutae sunt duae ejusdem auctoris dissertationes egregiae: „1828-й годъ, въ отношеніи къ народному просвѣщенію въ Россіи“ et „Дополненіе къ списку: 1828-й годъ, въ отношеніи къ народному просвѣщенію въ Россіи,“ quae in ephemeride „Московский Телеграфъ“ 61), a Polevoio tum divulgata, typis mandatae sunt. In opere Koeppenii praestantissimo: „Машириалы etc.“ breves quatuor dissertationes commemoratas invenimus, in quibus historia Rossorum cultus popularis examinata est. Quae scripta, quum nondum legerim, quanti sint momenti, non possum dijudicare.

Anno millesimo octingentesimo tricesimo secundo haec edita est dissertatio inauguralis: „Разсужденіе о причинахъ, замедлившихъ гражданскую образованность въ Русскомъ Государствѣ до Петра Великаго, сочиненное Императорскаго Московскаго Университета Кандидатомъ Словесныхъ Наукъ Михаиломъ Гаспелъмъ, на степень Магистра. Москва, 1832.“ Quae scriptio quibus abundet vitiis atque mendis, longum sane et molestum est enumerare. Nam auctor ejus, postquam libros quosdam Gallicos pervolvit, de rebus prorsus

61) 1829, N. 4, стр. 429 — 449; N. 6, стр. 119 — 127.

62) N. 1, стр. 27, 39, 42. — Confer: Schlözer's Пешоръ, 4ter Th., S. VII, 4.

alienis copiosius exposuit, graviora autem ac magis necessaria omnino omisit.

Anno millesimo octingentesimo tricesimo quarto Fischerus, Philosophiae in Caesarea literarum Universitate Petropolitana Professor P. O., in concilio solenni gallica lingua hanc habuit orationem: „О ходѣ образованія въ Россіи и объ участіи, какое должна принимать въ немъ Философія.“ Quae oratio, Rossice versa, iisdem inscripta verbis et in „Журн. Министерства Народнаго Просвѣщенія“ 63) impressa, multas complectitur sententias acutissimas de populari in Rossia cultu, quamvis auctor plurimam in eo posuerit operam, ut exquisitis rationibus confirmaret, „что въ системѣ образованія, коюрой слѣдуетъ Правительству, изученіе Философіи не составляетъ, какъ думаютъ нѣкоторые, значенія пустого и безплоднаго“ 64).

Anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo hocce in lucem editum est opus: „Précis du système, des progrès et de l'état de l'instruction publique en Russie. Rédigé d'après des documens officiels, par Alexandre de Krusenstern. Varsovie, 1837.“ In praefatione hujus operis, a Caesarea doctrinarum Academia Petropolitana praemio ornati, hanc auctor fert sententiam: „Frappé de la faus-

63) 1835, Генварь, стр. 28 — 68.

64) Ibid., стр. 31.

„seté des jugemens portés généralement à l'étranger  
 „sur l'état de l'instruction publique en Russie, j'ai  
 „pensé qu'on devait en grande partie les attribuer  
 „au manque d'un ouvrage qui embrasserait dans un  
 „tableau général toutes les branches de cette partie  
 „importante de l'administration. L'utilité incontes-  
 „table d'un pareil ouvrage m'a décidé de l'entre-  
 „prendre“ 65). Equidem, licet summam Krusen-  
 sternii industriam atque studium libenter agnoscam,  
 tamen non possum, quin eloquar, illum non eo, quo  
 debuit, consilio ac ratione pensum, quod sibi con-  
 stituebat, absolvisse. Nihil enim interest, ut de-  
 monstretur, permulta in Rossia esse literarum pu-  
 blica instituta (nam de iis non ambigitur apud  
 exteros), sed ut claris argumentis et certis rationi-  
 bus firmetur, regulas atque normas, quas imperii  
 Ministri in excolendo Rossorum populo sequuntur,  
 falsis, quae in eos illata sunt, opprobriis dignas non  
 esse. Recte de hac re Fischerus, Vir Cl., in ora-  
 tione, supra a nobis commemorata, disseruit 66):  
 „Нынѣ, когда политическое величiе Россiи съ одной  
 „споромы не можеть не возбуждать зависти силь-  
 „нѣе прежней, а съ другой служить самымъ неопро-  
 „вѣримымъ доказательствомъ возрастающихъ успѣ-  
 „ховъ ея снспемы образованiя, — нынѣ, говорю, на-  
 „добно было придумать тактику, нѣсколько отлич-  
 „ную отъ прежней, чпобъ умалить достоинство нѣтъ

65) p. I.

66) p. 30.

„неусыпныхъ попеченiй, которыя Правительство  
 „Русское безпресшанно прилагаетъ къ просвѣщенiю  
 „своего народа. И вонъ, мы видимъ людей, коню-  
 „рыс, въ ослѣпленiи ложно понимаемаго патриотис-  
 „ма, думая, чпю иначе не могутъ спасти своей на-  
 „родной славы, какъ полько порицая все великое,  
 „все необыкновенное въ судьбахъ другого народа, и  
 „чувствуя себя не въ состоянiи заславить, какъ  
 „прежде, сомнѣваться въ успѣхъ споль пруднаго  
 „подвига, стараются, по крайней мѣрѣ, увѣрить дру-  
 „гихъ, чпю это образованiе расчислено и употреб-  
 „ляется въ пользу однимъ Правительствомъ, а на-  
 „родъ принимаетъ его съ опвращенiемъ“ 67). „Рос-  
 сiю,“ говорятъ они, „полить Европейскимъ образо-  
 „ванiемъ“ 68). Krusensternius, nulla prorsus hujus  
 opinionis habita ratione, leves tantum nobis obtulit  
 notitias de historia popularis in Rossia cultus.

Ad hunc libellum meum quod attinet, procul ego sane  
 absum ab ea arrogantia, ut existimem, qui de eadem re  
 disseruerint viri doctissimi, eos a me, conscripto hoc-  
 ce opusculo, superatum iri. Quamquam enim, ad-  
 hibitis, quae praesto erant, adjumentis, dissertationem  
 meam ad quoddam perfectionis fastigium efferre studui,  
 eam tamen, postquam omnes ejus partes severe percen-  
 sui, mancam me judicare ingenue ipse profiteor. Quae

67) Lorentz. Ueber die Behandlung der allgemeinen Geschichte in der Russischen Litteratur. Dorpater Jahrbücher, 1835, 4ten Bandes 2tes Heft, S. 98.

68) Lermnier, I. c.

omnia munda non voluntaria, cum thematis difficultate, tum adminiculatorum inopia, tum denique temporis angustiis velim excusentur.

---

## Caput primum.

Quaestio de cultus Slavorum Rossicorum ante Rurici adventum statu atque conditione diligentius perpendenda.

---

**H**aec quaestio perdifficilis et perobscura, quam quidam antiquitatis nostrae investigatores jam pridem instituerunt, usque ad hoc tempus non est soluta.

Schloezerus, in opere suo egregio, quod „Исторія“ inscribitur, hanc proponit sententiam:

„Die Russische Geschichte fängt mit Rurik's „Ankunft und der Gründung des Russischen Staats „an . . . . Vor jener Epoche ist in Russland, und „in seiner ganzen Nachbarschaft, alles stockfinster. „Menschen waren schon da, wer weiss, seit wann „und woher? Aber Menschen ohne Staat, die wie „das Wild ihrer Wälder lebten, sich durch „nichts auszeichneten, ohne alles Verkehr mit

„der südlichen Welt waren, und daher auch von „keinem etwas cultivirteren Süd-Europäer beobachtet und beschrieben werden konnten.“ (II, 298) — „Wie sah es in diesem Norden, von A. 800 an, „aus? . . . Etwa wie in Sibirien, in Californien, auf „Madagaskar. Menschen waren schon da, aber gewiss nur in geringer Anzahl: wovon sollten sie „sich nähren? Menschen, in kleinen Horden vereinzelt, unter Aeltesten oder Kaziken, die die „Fabulanten, nach altgriechischer Sitte, Könige und „Fürsten nennen. Für Cultur sehr empfindliche Menschen, die sie sich aber nicht selbst „geben konnten, sondern durch Anstöße von aussen erwarten mussten. Menschen ohne Staat, „ohne Verkehr mit einem Auslande, ohne „Schreibkunst, ohne alle andere Künste, „ohne Religion oder mit einer dummen Religion. — So stellt der ehrliche Nestor uns sein „Land vor Ruriken, vor dem J. 860, dar: als eine „Wildniss, wo einzelne Nationchen wohnten. . . . „welche wohnten, nicht weideten, d. i. nicht „mehr nomadisch lebten; aber in gorody wohnten, „nicht in Städten, sondern in umzäunten Dörfern.“ (I. 34, 35. Cf. II, 33; III, 26, 27, 84, 188).

Non sine gravi causa, Schloezeri de cultus Slavorum Rossicorum ante Rurici adventum statu sententiam, hoc loco ad verbum descripsi; nam, ex subtilissimo Venelinii judicio 1), „прекривавъ вѣхъ

---

1) Древніе и нынѣшніе Болгаре, въ политическомъ, народо-

„громко и смѣло, Шлецеръ сдѣлался оракуломъ своихъ „последователей.“

Karamsinium de hac quaestione non stabilem certamque, sed errantem et vagam habuisse opinionem ex ipsius opere praestantissimo „Исторія Государства Россійскаго“ perspicue planeque cognoscimus. „Народы, изъ коихъ составилось Государство Россійское, и до пришествія Варяговъ имѣли „уже нѣкоторую степень образованія: ибо самые „грубые Древяне жили опчасни въ городахъ; самые „Вяпичи и Радимичи, варвары по описанію Непорому, издревле занимались хлѣбопашесствомъ. Въ „рочіи, что они пользовались и выгодами торговли, какъ внутренней, такъ и внешней.“ (Н. Г. Р., I, 281) — „Кирилловскія письмена могли бытъ „извѣстны въ Россіи еще до временъ Владиміровыхъ „(ибо самые первые Христіане Кіевскіе имѣли нужду въ книгахъ для церковнаго служенія).“ (ibid., pag. 291) — „Нужнѣйшія искусства механическія, равно „какъ и свободныя, были извѣстны древнимъ Россіянамъ. „... Мужъ обрабатывалъ землю, плетилъ, спрядывалъ; жена пряла, ткала, шила, и всякое семейство „предспавляло въ кругу своемъ дѣйствіе многихъ ремеслъ. Но основаніе городовъ, торговля, роскошь, „мало по малу образовали людей особенно искусныхъ

писномъ, историческомъ и религіозномъ ихъ отношеніи къ Россіянамъ. Историко-критическія изысканія Юрія Вениамина. Т. I, М. 1829, стр. 24.

„въ нѣкоторыхъ художествахъ: богатые преобладали „вещей сдѣланныхъ удобнѣе и лучше обыкновеннаго. „Въ Нѣмецкіе Славяне торговали полоннами; Русскіе издревле ткали холсты и сукна, умѣли такъ же „выдѣлывать кожи, и сіи ремесленники назывались „усмарями. Народъ, составленный изъ воиновъ, хлѣбопашцевъ и звѣролововъ, безъ сомнѣнія пользовался искусствомъ ковать желѣзо. . . . Непорово „описаніе Перунова испукана свидѣльствуетъ о „рѣзномъ и правильномъ искусствѣ нашихъ предковъ. „Въ рочіи, что они знали и живопись, хопія грубую. . . . Трубы воинскія, коихъ звукъ ободрялъ Героевъ Святославовыхъ въ жаркихъ битвахъ, доказываютъ древнюю любовь Россіянъ къ искусству „музыкальному.“ (ibid., 293, 294, 295)

Majore vi et gravioribus verbis Eversius, vir amplissimus atque egregius, refutat Schloezeri sententiam. „Der Russische Staat am Ilmen-See,“ ut ait praeclarus Eversius, „bestand dem Namen „und der That nach vor Rurik's Alleinherrschaft, „mit welcher doch Schlözer die Russische Geschichte „anfängt. Einen Staat fanden die gerufenen Fürsten schon, gleich viel in welcher Form.“ 2) „Den „Slaven wurden die Griechen früh durch vielfältigen Verkehr genau bekannt. . . . Griechen und „Slaven, als Letztere, zum Theil von den Bulgaren verdrängt, im siebenten Jahrhunderte an den „oberen Dneper, den Wolchow und die Weichsel

2) Kritische Vorarbeiten, S. 96.

„zogen, auch im friedlichen Leben sich einander „genähert hatten. . . . Der alten Normänner Reise- „lust und ihre Sucht nach Abentheuern war noch „grösser, als ihre Armuth. Die Gelegenheit, beide „zu befriedigen, welche ihnen die Verbindung der „Slaven mit Byzanz darbot, ergriffen sie gern“ 3). In opere suo praestantissimo „Geschichte der Russen“ Eversius hasce expromit sententias: 1., apud Slavos Rossicos venandi studium eam inprimis ob causam assiduum atque praecipuum fuisse, quod in mercatura, quam cum Byzantinis fecerint, prae ceteris mercibus pelliceae pretiosissimae ac quaestuosissimae existimatae sint, quodque nummorum loco ubique fere pelles sciurorum et nigrarum martium usu vitae communis receptae fuerint (p. 32 — 34); et 2., Slavos Rossicos varium et multiplicem frumenti usum jamdiu novisse, hortorum etiam fruges fructusque messuisse, rei pecuariae et apium cultui diligenter studuisse, neque solum instrumenta et suppellectilem rusticam ligneam fabricari, sed ferrum quoque cudere potuisse (p. 34 — 35); „vielleicht „ging aus eigener Werkstatt hervor, was zur Rüstung des Kriegers gehörte: Harnisch, Schild, „Schwerdt, Spiess, Bogen und Pfeile.“ (p. 35) In una tantum re Eversii opinio non stabilis mihi vi-

3) Ibid., S. 36, 37. — Cf. Geschichte der Russen, S. 32: „Von allen Völkern, mit welchen die Russen in Verkehr standen, schlossen sie sich überhaupt den Griechen am engsten an, die „seit dem grauen Alterthume, des Handels wegen, ihr Land zu besuchen pflegten.“

detur, ubi nempe disputat, utrum Slavi Rossici ante acceptam doctrinam Christianam scribendi artem jam noverint, nec ne. „Dass diese Urkunde (Friedens- „Urkunde, die Oleg dem Byzantinischen Kaiser Leon „VI abzwang) aus dem Griechischen übersetzt sei, „halte ich deswegen für gewiss, weil so früh „keine Spur von Schreibe-Kunst unter den „Russischen Slawen sich findet“ 4). Aliter alio loco: „Die Schreibe-Kunst kannten sie früher, „und übten sie vielleicht in anderen Sprachen“ 5). — Id ego doleo vehementer, Eversium, doctissimum sane ac subtilissimum ex omnibus Schloezeri adversariis, nusquam de antiquissimo Slavorum Rossicorum cultu latius et uberius disseruisse.

Jam Storchius in opere suo „Historisch-Statistisches Gemälde des Russischen Reichs am Ende des achtzehnten Jahrhunderts“ hanc protulit opinionem: „Als Rurik den Russischen Staat gründete, fand „er sein Volk schon im Besitz des wichtigen und einträglichsten Handels“ (IV, 76). De antiquissima mercatura Pontica haecce apud Storchium invenimus: „In der ersten Hälfte des „neunten Jahrhunderts, kurz vor der Gründung des „Russischen Staats, . . . Kiew ist schon vorhanden, „und die Slawen, welche ihren Namen jetzt bald „verwechseln werden, treiben schon von hier aus „einen nicht unbedeutenden Handel nach den Küstenländern des schwarzen Meeres“ (ibid. p. 38, 39). De mercatura in mari Baltico qualis vetustissimis

4) Kritische Vorarbeit., S. 230. — Das älteste Recht d. Russen, S. 121.

5) Geschichte d. Russen, S. 40.

temporibus fuerit, haec proposuit Storchius: „Russland „war um diese Zeit (im achten Jahrhunderte) der „Handelsweg für die indischen und morgenländischen Waaren, die aus dem schwarzen Meer nach der Ostsee und so weiter nach dem nordwestlichen Europa befördert wurden“ (ibid., 47, 48). — „Der erwähnte Handelsweg schon „bei der Niederlassung der Slawen an der Wolchow und Dnepr im Gange war“ (ibid., p. 63). — „Kiew und Nowgorod wurden bald Stapelstädte für den levantinischen Handel; in beiden liessen sich schon in der frühesten Periode ihres Daseins ausländische Kaufleute nieder und ihre Bürger machten Handelsreisen nach weit entlegenen Städten, besonders nach Vinetha, wohin sie zu Schiffe gingen... Die Erbauung der genannten Städte, welche ihren Ursprung und nachherigen Flor wahrscheinlich nur diesem vergrösserten Handel zu danken haben, war die erste wohlthätige Folge desselben. Dieser Handel war es auch hauptsächlich, der die zweite, unendlich wichtigere Revolution herbeiführte, durch welche Russland eine festgegründete politische Organisation erhielt“ (ibid. p. 65, 66).

Hanc Storchii sententiam acerrime vituperavit Schloezerus 6). Sed in egregiis operibus Huellmanni 7),

6) Schloezer's *Нечморъ*, 2ter Th., S. 281.

7) *Geschichte des Byzantinischen Handels bis zum Ende der Kreuzzüge*. Frankfurt an der Oder, 1808, S. 116.

Lehrbergii 8), Rakowieckii 9), Rässmussenii 10), Stuevii 11), Muelleri 12) et Giesebrechti 13) argumenta reperiantur certissima, unde plane perspicui potest, vias, quibus per Rossiam mercatura antiquitus fieret, a Storchio commemoratas, jam multo ante Rurici ad Slavos Rossicos adventum re vera notas fuisse. — In volumine XIII operis, quod *Энциклопедическій Лексиконъ* inscribitur, commentationem Senkofskii, linguarum orientalium in Caesarea literarum Universitate Petropolitana Professoris, sub titulo: *Гелонъ, городъ древней Скиѣи, предшественникъ Новгорода Великаго*, legimus. — Equidem non possum, quin aperte dicam, Senkofskium omnes sententias, quas in hac commentatione proposuit, ex Storchii opere, paullo ante laudato, ad verbum paene sumpsisse. Vide sis, exempli gratia, t. IV, pg. 13, 62, 63. —

Ab aliis quoque viris doctis Schloezeri opinio,

8) *Изследованія, служащія къ объясненію древней Р. И.*, стран. 30 — 32, 46 — 78, 79, 80, 82, 217. — Cf. Булыгина, *Историческія воспоминанія на пути изъ Саратова въ Астрахань*. Ж. М. И. П., 1836, Октябрь, стран. 50 — 53.

9) *Prawda Ruska*, t. I, pg. 141 et sq. — Cf. Lelewel, *Nismatique du moyen — âge*. Paris, 1835, t. II, pg. 77 — 108.

10) *De Arabum Persarumque commercio cum Russia et Scandinavia medio aevo*. Naumiae, 1825, pg. 2 — 13, 15 — 17, 53 — 56. — Cf. Ж. М. И. П., 1835, Февраль, стран. 239, 260.

11) *Die Handelszüge der Araber unter den Abbassiden*. Berlin, 1836, s. 262.

12) *Der Ugrische Volksstamm*. 1ste Abth., s. 61 — 72, 109 — 114, 330, 276, 377.

13) *Ueber die Nordlandskunde des Adam von Bremen*. V. Historische und litterarische Abhandl. der königl. deutschen Gesellschaft zu Königsberg. Dritte Samml., s. 169, 176, 179.

quam de statu cultus Slavorum Rossicorum ante Rurici adventum protulit, refutata est. Rakowieckius in opere suo „Prawda Ruska“ pro certo affirmat, majores nostros jam ante Varegorum dominationem haud exiguum cultus gradum obtinuisse<sup>14</sup>). Hanc Rakowieckii sententiam comprobant Schaffarikus<sup>15</sup>), antiquitatis Slavicae investigator diligentissimus, et Venelinus in opere supra laudato<sup>16</sup>).

Ad quaestionem quod attinet, num Slavi Rossici ante acceptam doctrinam Christianam scribendi artem jam noverint, admodum inter se viri docti dissident atque discordant. Jam Stranskius, Dobnerus et Antonius antiquissimum Slavorum alphabetum se invenisse gloriabantur<sup>17</sup>). Anno millesimo octingentesimo quarto in ephemeride quadam Hankensteinii codicem Slavicum octavi saeculi se possidere renunciavit<sup>18</sup>). Hanc nactus occasionem Hankensteinii demonstrare studuit, Slavos jam multo ante Cyrillum Methodiumque, quin etiam non serius quam Graecos, proprio usos fuisse alphabeto. Rakowieckius etiam persuadere doctis conatus est, Slavos ante acceptam

14) T. I, pg. 8, 47, 60, 128, 228.

15) Geschichte der Slawischen Sprache und Literatur, S. 14, 15, 82, 107 — 109, 112, 113. — Cf. Записки и труды Общества И. и Д. Р., Ч. II, стран. 87.

16) Древние и нынешние Болгаре, стран. 118, 134, 135, 180, 184, 185.

17) Schaffarik's G. d. Slaw. Sprache, S. 111.

18) Митрополиша Евгенія, Словарь историческій, II, 59.

doctrinam Christianam scribendi artem novisse atque plurima jam habuisse scripta<sup>19</sup>). At vero ex Dobrowskii opinione, „vor Einführung des Christenthums, d. i. vor 845, sei an keine Schreibekunst, „und vor Kyrill, d. i. vor 866, an kein Slawisches „Alphabet zu denken“<sup>20</sup>). — De literis Glagoliticis, quae dicuntur, biennio ante praeclarus Kopitarius hocce professus est: „stat ergo firma sententia: literas Slavorum Glagoliticis, quoad aetatem, esse „saltim aequales Cyrillianarum. An sint etiam antiquiores (quod quidem, praeter ipsos Illyrios plerisque, ipsi Dobrowii populares Dobner, Durich et „Alterus non sine ratione suspicabantur), nunc „non est nostrum scrutari: sufficit non videri recentiores“<sup>21</sup>). — In Rossia etiam nonnulli antiquissimum alphabetum Slavo-Rossicum se aperuisse praedicabant<sup>22</sup>). Ibn-Fozlan et Nedim Rossos decimo jam saeculo artis scribendi peritos fuisse referunt<sup>23</sup>).

Hactenus virorum doctissimorum opiniones de cultus Slavorum Rossicorum statu, qualis ante Ru-

19) Prawda Ruska, t. I, pg. 64 et sq.; t. II, 177 et sq.

20) Geschichte der Böhmischen Literatur, S. 45. — Aliam sententiam proponit Schaffarikus; V. Ж. М. Н. II, 1838, Май, стр. 227 — 243.

21) Glagolita Clozianus, pg. IV.

22) v. Митрополиша Евгенія, Словарь II, II, 59. — Труды О. И. и Д. Р., Ч. III, стр. 47 и слѣд.

23) Библиотека для Чтения, Ч. XV, стр. 49 — 59; сматрива Г. Академика Френа.

rici adventum fuerit, exposui. Ad meam quod attinet sententiam, aequum censeo, in explicanda hac quaestione gravissima, auctoritatem nostri annalium scriptoris antiquissimi accurate atque sollicite sequi. Ex Nestoris narratione 24) conficitur:

1) Slavos Rossicos in amplo terrarum spatio „особь“, i. e. nulla inter se communitate, prope fluvios et lacus consedisse, atque tum a locis, tum a familiarum principibus nomen traxisse.

2) Cultus gradum apud diversas stirpes non parem fuisse. „Имяху бо обычаи свои, и законъ отецъ своихъ и преданья, кождо свои правь“.

3) Slavos Rossicos tunc temporis civitatem nondum composuisse, sed „живяху кождо съ своимъ родомъ и на своихъ мѣстѣхъ, владѣюще кождо родомъ „своимъ... И по сихъ браньн (т. е. по смерти Кія, „Щека и Хорива) держави почаша родъ ихъ княженъ в Поляхъ; в Деревляхъ свое, а Дреговичи свое, а „Словѣни свое в Новгородъ, а другое на Полошь, иже „Полочане“.

4) Terram ubique sufficientem alimentorum copiam incolis suppeditasse. „Вся земля наша велика „и обильна“.

5) Poljanos jam illis temporibus Graeciae cognitionem habuisse. „Поляномъ же, жившимъ особь по „орамъ симъ, бѣ пушь изъ Варягъ в Грски“.

24) Лѣтописъ Несторова, по древнѣйшему списку Мниха Лаврентія, стран. 3 — 12.

Tales Nestor Slavorum Rossicorum ante Rurici adventum vitae rationes atque institutiones nobis exponit. Certiora ipse forsitan de ethnica majorum nostrorum aetate noverit, quam quae nobiscum communicavit 25). Attamen nostrum non est, annales ejus, ut libet, supplere et occulta arbitrariis conjecturis providere. „Si enim pro sua cuique cupiditate „liceat historiam detorquere, quid intactum manebit „et integrum?“ 26).

---

## Caput secundum.

### De vi, quam Varegi in cultum Slavorum Rossicorum habuerint.

---

Ad hanc quaestionem difficilem Schloezerus ita disputat, ut ex ipsius verbis nihil omnino conjici possit. Nam tum contendit, Vargos, „bei aller ihrer Wildheit“, crebris peregrinationibus ingenii facultates excoluisse atque amplam novarum rerum cogni-

---

25) Cf. Rakowieckii, Prawda Ruska, t. I, pg. 77 et sq. — Reutz, Versuch u. s. w., S. 15, Anmerk. 7. — Снегирева, Русскіе проспонародные праздники и суевѣрные обряды. Выпускъ I, М. 1837, стр. 7.

26) Kopitar, Glagolita Clozianus, p. IV.

tionem sibi acquisivisse 1), tum autem eos „die ungeschlachten Normänner“ appellat 2), et affirmat, cultum, quem Varegi Slavis Rossicis attulerint, certe quidem non majoris momenti fuisse, quam quem a Cosacis Kamtschadali acceperint 3).

Karamsinus censet, Vargos eam praesertim ob causam, quod nono jam saeculo cum australibus occidentalibusque Europae gentibus commercium habuerint, „образовашье Славянь“ fuisse 4). Pro certo etiam affirmat Karamsinus, majores nostros artem belli gerendi et navigandi apud eos didicisse 5); negat tantum runas in Rossiam a Vargis esse illatas 6).

Polevoius hanc proponit sententiam: „все заставяють насъ думатьъ, что Славяне были на степеняхъ образованія нисколько не выше Скандинавскихъ пришельцевъ — побѣдителей“ 7). Ceterum, putat Polevoius, Vargos in excolenda Slavorum Rossicorum lingua haud exiguam vim habuisse. „Полагаемъ, что множеству двойныхъ словъ въ Русскомъ языкѣ, особливо на выраженіе одного предмета, введено было

1) Schlözer's Nestor, I, 36.

2) *ibid.*, pg. 13.

3) *ibid.*, III, 27.

4) И. Г. Р., изд. 3, I, 131.

5) *ibid.*, pg. 278, 279.

6) *ibid.*, pg. 290.

7) И. Г. Р., I, 69. — Cf. II, 32, 215. — Schaffarik, G. d. Slav. Sprache, 146, 147.

Варягамъ“ 8). Negat tantum, eos majoribus nostris doctrinam mythologicam attulisse 9).

Ad meam quod attinet opinionem, esse officium meum puto, Nestoris auctoritatem hac etiam in re gravissima religiose sequi. Quodsi ea accuratius perpendimus, quae de rebus inde a Rurici adventu usque ad Vladimiri tempus verissime narrat, haecce efficiuntur;

1) Vargos imperium Rossicum fundasse et

2) Arcitissimam inter Byzantinos et Slavos Rossicos societatem conciliasse.

Haec sunt Vargorum in cultum majorum nostrorum merita. Praeterea, si clarissimi Professoris Krusii egregie subtiles de Rurici genere 10) et de antiquitatibus Polozkianis 11) disquisitiones diligentius perlegimus, certe quidem cognoscemus, Vargos, quum in Rossiam advenerint, haud exiguum jam cultus gradum obtinuisse, ab iisque Slavos Rossicos multa didicisse.

8) И. Г. Р., I, 78, 79. — Aliter Eversius: Kritische Vorarbeiten, s. 157.

9) И. Г. Р., I, 75. — Cf. Reutz, Versuch, s. 51 — 53. Сахарова, Сказанія Р. Н., I, 15, 16. Снегирева, Русскіе просупародные праздники, стран. 26, 27, 72 и слѣд.

10) Ж. М. Н. II., 1836, Генварь, 43 — 73.

11) Praestantissima Krusii hac de re dissertatio, quam consilio illustrissimi Comitum Kankrinii conscripsit, hucusque typis mandata non est. Honoratissimi auctoris singulari erga me benevolentia hanc dissertationem manuscriptam legi.

Superest alia quaestio perdifficilis, num majores nostri ante Rurici dominationem propriis usi fuerint legibus, an vetustissimum eorum jus a Varegis prorsus originem trahat. Virorum doctorum hac de re opiniones valde discrepant.

Schloezerus ait: „Die Aehnlichkeit der ältesten „geschriebenen Gesetze in Russland (Prawda genannt), „welche Rurik's UrUrenkel Jaroslaw den Novgorodern „gab, mit den alten schwedischen und dänischen Ge- „setzen, ist zum Erstaunen gross“ (12). Hanc Schloezeri sententiam confirmant Karamsinus (13), Reutzius (14), Rosenkämpfius (15), Katschenowskii (16) et Eugenius Metropolitae (17).

Eversius contendit, „Правда Русская“ primam esse legem scriptam post fundatum Rossorum imperium (18). Negat tantum vir pereruditus, „Правда Русская“ esse Jutico Lowbock similem, atque probare conatur, antiquissimi juris Rossici fontes quaerendos esse apud Germanos (19).

12) Schloezer's Nestor, II, 204.

13) И. Г. Р., изд. 3, I, 276, 277; II, 48, 50, 51, 52, 62, 68, 71.

14) Versuch u. s. w., S. 63, 70, 71, 73, 85, 203.

15) Исследования о Кормчей книгѣ, стр. 313 и слѣд. Сг. Труды Общества Исторіи и Древностей Р., IV, 157.

16) *ibid.*, I, 30. — Aliam opinionem proposuit Katschenowskii in „Вѣстникъ Европы“, 1829, N. 14. Сг. Ученныя Записки М. У., 1834, Генварь, 86 и слѣд. —

17) Труды Общества Исторіи, III, кн. I, 13 и слѣд. —

18) Das älteste Recht der Russen, S. 8, 10, 288 u. fg.

19) Kritische Vorarbeiten, S. 103 — 117. — Сг. Das älteste Recht, S. 310, not. 7.

Rakowieckius putat, Slavos Rossicos ante Rurici adventum propriis jam usos fuisse legibus, et, quamvis Varegi, „niektóre artykuły z praw Gotskich wprowadzili“, tamen „Prawo, pod nazwiskiem Praw- „dy Ruskiéy, iest zabytkiem nayodlegleyszýy staro- „żytnosci“ (20). Schaffarikus censet, „Правда Русская“ vetustissimarum totius gentis Slavicae legum vestigia continere (21). Ex Polevoii sententia, „Русская Правда, „въ шомъ видѣ, какъ она дошла до насъ, еспѣ смѣше- „ніе законовъ Скандинавскихъ и Германскихъ, древнихъ „Славянскихъ обычаевъ, даже Греческихъ и церков- „ныхъ законовъ“ (22). Affirmat autem Polevoius, eos gravi errore labi, qui „Правда Русская“ Scandinavicarum legum exemplar existiment; nam „духъ чело- „вѣчскій вездѣ проявлялся одинаково...; ни одинъ „народъ и никогда не списывалъ вполнѣ законовъ дру- „гаго, и законодательство нигдѣ не ограничивалось „однимъ источникомъ“ (23). Maciejowskius, hanc Polevoii sententiam comprobans, objicit doctissimo Reutzio, quod in explanando Rossorum jure antiquissimo multa a Skandinaviis deduxerit, quae vera a Slavis originem ceperint (24). „Zur Vermeidung „dieses Fehlers sollte der Forscher des Slavischen „Rechtes, wenn er auch nur das Recht eines ein- „zeln Volkes darstellen will, mit seinem Geiste

20) Prawda Ruska, I, 128 et sq. — Сг. I, p. 228.

21) Geschichte der Slaw. Sprache, S. 15.

22) И. П. II., II, 189.

23) *ibid.*, 190, примѣч. 198. Сг. I, 270, примѣч. 209.

24) Slavische Rechtsgeschichte, I, 40, 42.

„alle slavischen Länder umfassen, weil die Gesetze  
 „des einen Volkes sich durch die des andern am be-  
 „sten erklären lassen“<sup>26)</sup>.

Ad meam quod attinet sententiam, veri simillimum esse arbitror, Vares, etsi quasdam ex patriis legibus secum attulerint, easque, ut novum inter se et Slavos Rossicos rerum ordinem instituerent, in communem illorum usum introduxerint, multos tamen majorum nostrorum ritus ac instituta retinuisse atque adscivisse. Nam, ut recte ait Polevoius, „законы существовали не для Варяговъ — побѣдителей“<sup>26)</sup>.

### Caput tertium.

De vi, quam doctrina Christiana in cultum  
 Rossorum exercuerit.

Slavos Rossicos jam ante Rurici adventum Byzantinorum cognitionem habuisse, supra memoravi<sup>1)</sup>. Quae cognitio bellicis principum Varesicorum expe-

25) id., ibid., s. 3.

26) И. Р. Н., II, 190, примѣч. 198. — Cf. I, 75. Reutz, Versuch u. s. w., 25, 52.

1) Krug, zur Münzkunde Russlands, 32, 34, 56.

ditionibus in arcissimam societatem rediit. Et quum Varesi pristinam suam fidem non magni, Slavorum autem nihili penderent<sup>2)</sup>, mature doctrinae Christianae in Rossiam aditus datus est. Non dubito, quin et mercatura cum Byzantinis quaestuosa, et doctrina Christiana jam ante Vladimirus accepta<sup>3)</sup>, haud exiguum exhibuerint vim in cultum Rossorum. Nam per mercaturam multas merces, varias artes, quin etiam Byzantinorum luxuriam<sup>4)</sup> majores nostri acceperunt; patefacto autem doctrinae Christianae in Rossiam aditu, literis Slavicis uti coeperunt<sup>5)</sup>. Nihilo minus tamen, Byzantinorum auctoritas ex eo in primis tempore major facta est, quum Vladimirus doctrinam Christianam unicam atque omnibus Rossis communem coli jussit. Tum denique incipit historia popularis Rossorum cultus<sup>6)</sup>.

Ad propagandam in Rossia doctrinam Christianam, Anna, Vladimiri uxor, sacrorum antistites ex Byzantio secum adduxit. Ipse Vladimirus, quum

2) Reutz, Versuch u. s. w., 52. — Mendelssohn, Das germanische Europa, s. 413.

3) Лѣтопись Песторова, по древнѣйш. списку Мнixa Лаврентія, 25, 26, 31, 32, 51, 52.

4) Krug, zur Münzkunde, 20, 32, 51, 59, 84, 86, 103, 145, 147, 199.

5) Карамзина, И. Г. Р., изд. 5, I, 139, 255. Калайдовича, Іоаннь Э. Б., стр. 9 и слѣд. Всенщина, д. и н. Болгаре, I, 11, 12. Розенкампа, О. К. К., стр. 47 и слѣд. Коритар, Glagolita, XII, XIII. Ж. М. Н. П., 1838, Май, стр. 396, 399.

6) Schlözer's Nestor, V, 68. Карамзина, И. Г. Р., изд. 3, I, 290.

Kiioviam reverteretur, comites habuit sacerdotes quosdam Graecos. Quamquam Nestor non dixit, quem humanitatis gradum illi obtinuerint viri, certe tamen conjicere possumus, Annam, Byzantinorum Imperatorum sororem, a sacerdotibus exquisita doctrina excultis comitatam fuisse 7).

Sagacissimorum antiquitatis nostrae indagatorum opinionem veri simillimam, Rossos jam ante Vladimirum scripturam sacram, a Cyrillo et Methodio Slavice versam, novisse, supra attuli. Recentioribus Rosenkampi disquisitionibus probatum est, sacerdotes Graecos, statim post acceptam doctrinam Christianam, Byzantinorum decreta ecclesiastica Rossice vertendi periculum fecisse 8). Quae res haud exiguum exhibuit vim in excolendam linguam Rossicam 9).

Variae et eximiae artes simul cum doctrina Christiana a Byzantio in Rossiam translatae sunt 10).

Schloezerus 11) et Eversius 12), Rossos multo ante Vladimirum Byzantinorum leges atque instituta civilia novisse, docuerunt. Polevoius quaedam le-

7) Aliam sententiam demonstrare conatur Polevoius. v. II. P. II., II, 196, 197, 201.

8) Обзоръте Кормчей Книги, I. с.

9) Schloezer's Nestor, I, 49, 50. Cf. Полнаго, II. P. II., II, 27.

10) Карамзина, И. Г. P., изд. 3, т. I, 294, 295. — Полнаго, II. P. II., I, 231, 232.

11) Schloezer's Nestor, III, 369 — 335; IV, 47 — 100.

12) Das älteste Recht, S. 118 — 194.

gum Byzantarum vestigia in „Правда Русская“ inveniri posse affirmat 13). Rosenkampi certis argumentis comprobatur, jus Rossorum canonicum Byzantinorum decretorum ecclesiasticorum exemplar esse 14).

Ad ecclesiae privilegia quod attinet, rectissime censet Polevoius: „Церковь Греческая, не пропившаяся власни Греческихъ Императоровъ ни въ чемъ, „кромѣ духовныхъ дѣлъ, перенесла свой духъ въ Русскую „землю.... Но, кромѣ направленія, какое дано было „духовной власни Греческимъ ея происхождшиемъ, „Князья не допускали ея къ дѣйствию на полищическій бытъ“ 15).

Nestor narrat: „Володимеръ, пославъ, нача понма „ши оу парочное чади дѣши, и далии нача на оу „ченье книжное“ 16). His Nestoris verbis nititur Karamsinii sententia, Vladimiri temporibus scholas publicas in Rossia jam institutas fuisse 17). Sed jure Polevoius et Neumannus hanc Karamsinii sententiam

13) II. P. II., II, 189.

14) I. I. — Cf. Ewers, das älteste Recht, S. 101. — Reutz, Versuch, S. 50.

15) II. P. II., II, 102, 103, 120. — Aliter Karamsinius in II. G. P., II, 278. Sed jure refutat ejus sententiam Reutzius in Versuch, S. 49, 50, 53, nota 2. — De statuto ecclesiastico, quod sub titulo: „Владимира уставъ о церковныхъ судахъ“ ad nostra usque tempora conservatum est, vide: Карамзина И. Г. P., I. с. — Ewers das älteste Recht, I. с. — Митрополита Евгения, Описание Кіевософійскаго Собора, прибавк., стр. 5. — Reutz, Versuch I. с.

16) Несторъ, по Лаврентьевскому списку, стр. 85.

17) II. G. P., изд. 3, I, 255, 256, 291.

refutant 18). Neumannus certissimis probat argumentis, ne uno quidem verbo apud Nestorem de scholis publicis, quas illo tempore Karamsinus multas existisse confirmat, vel de uno ejus generis instituto mentionem fieri 19).

De Jaroslavo, Vladimiri filio, haec memoriae prodit Nestor: „И бѣ Ярославъ любя церковныя „успавы... и книгамъ прилѣжа, и прочиная часпо „въ нощи и во дни; и собра писцы многи, и прела- „гаше опть Грекъ на Славенское писемья, и списаша „книги многи, ими же поучахуся вѣрнии людѣ. И по- „ложи въ святей Софѣи, юже созда самъ и украси ю „злапомъ и сребромъ, и сосуды церковными, и ни- „ныя церкви спавляше по градомъ“ 20). Ad statutum Jaroslavi ecclesiasticum quod attinet, peritissimi antiquitatis nostrae investigatores spurium esse affirmant 21). Ex Graeco in Slavonicum sermonem libri tantum sacri tum temporis vertebantur 22). De verbis „списаша книги многи“ Polevoius hanc proponit opinionem: „Лѣтописцы явно преувеличиваютъ число „книгъ, переведенныхъ на Славянскій языкъ при Яр- „славъ“ 23). In annalibus, qui sub Niconis nomine fe-

18) И. Р. II., II, 217. — Studien zur gründlichen Kenntniss der Vorzeit Russlands, mitgetheilt von Ewers, S. 97, 98, und fig.

19) ibid., S. 100 und fig.

20) Неспоръ, по Кенигсбергскому списку, 105, 106. Лѣтопись Никон. I, 133, 134.

21) Reutz, Versuch, 40, 53, nota 2.

22) Studien, 107. Полеваго, И. Р. II., II, 218 и слѣд.

23) ibid., стран. 119, примѣч. 228.

runtur, commemoratum est, ipsum Jaroslavum hujus rei participem fuisse 24). Multi artifices graeci illis temporibus in Rossia commorabantur 25). Jaroslavus vocavit etiam Kiioviam Byzantinos cantores 26).

Apud Karamsinium hanc de Jaroslavo legimus narrationem: „Лѣтописцы среднихъ вѣковъ говорятъ, „что сей Великій Князь завелъ въ Новгородъ пер- „вое народное училище, гдѣ 300 отроковъ, дѣти прес- „виперовъ и старѣйшихъ, приобѣщали свѣдѣнія, нуж- „ныя для священнаго сана и гражданскихъ чиновни- „ковъ“ 27). Sed hoc quidem loco praeclarum historiae Rossicae auctorem gravi errore captum esse, evidenter Neumannus demonstravit 28).

Capitis nunc finem faciam, hisce adhibitis Pogodini verbis: „Все Европейскія Государства, бывъ „основаны на развалинахъ Западной Римской Имперіи, „озаряются изъ Рима свѣтомъ Христіанской Религіи; „мы одни получаемъ ее изъ Константинополя, какъ „бы предназначенные сохранить и развить особливую „сторону] Вѣры, только что раздѣлившейся тогда... „Россія сдѣлалась какъ будто преемницею Имперіи „Константинопольской“ 29).

24) I. I.

25) Карамзина, И. Г. Р., изд. 3, II, 43. Полеваго, И. Р. II., II, 241 — 248.

26) Никон. Лѣтоп., I, 142.

27) И. Г. Р., I. с.

28) Studien, 101 — 108.

29) Ученыя Записки М. У., 1833, I, 9. — cf. Устрялова, О системѣ прагматической Р. И., Спб. 1836, стр. 19.

## Caput quartum.

### De cultus Rossorum statu inde a Jaroslavi temporibus usque ad Joannem III.

Summo Vladimiri et Jaroslavi studio curaque popularis in Rossia cultus adeo creverat, ut ineunte saeculo undecimo, etsi non superiorem, tamen non inferiorem certe obtineret gradum, quam in aliis Europae civitatibus 1). Post Jaroslavi mortem, primum assiduis principum bellis intestinis, tum autem crudeli Mongolorum dominatu, alia subito facta est rerum facies.

Domesticam Rossiae conditionem tota hac periodo non fuisse tam prosperam, quae cultus majorum nostrorum progressus adjuvaret, jam ita manifestum est, ut non egeat demonstratione. Gravissimum autem detrimentum Rossorum cultui id praecipue intulit, quod illo tempore patria nostra a ceteris Europae gentibus intercluderetur 2).

1) Schlözer's Nestor, I, 20, 77. — Карамзина, И. Г. Р., изд. 3, т. V, 421. — Полевая, И. Р. И., II, 277. — Krug, zur Münzkunde, 143, 144.

2) Schlözer's Nestor, I, 77, 78. — De relationibus Rossiae cum imperio Byzantino v. Карамзина, И. Г. Р., изд. 5, II, 103, 174, 199, 356; III, 100; V, 255. — De Novogorodiensium com-

Ceterum, Rossia maximis in malis aliquid tamen boni assecuta est. „Періодъ удѣловъ“, ut recte ait Polevoius, „быль необходимъ для развитія жизненныхъ силъ по всемъ землямъ Русскимъ, силъ, сосредоточивавшихся до смерти Ярослава только въ Киевѣ и Новгородѣ 5)... Монгольскій періодъ не по ли „самое было для Руси, чинъ эпоха Крестовыхъ Походовъ для Европы?“ 1)...

Doctrina Christiana, cui patria nostra jam Vladimiri et Jaroslavi temporibus multum debuit, hac etiam periodo magnis beneficiis, magnisque meritis majores nostros cumulavit 5).

Clerici, ut illo tempore miserrimo ac luctuosissimo, insignem eruditionis gradum obtinuerunt 6). Plerique eorum, graecis literis docti, libros quosdam theologicos ex Graeco in Slavicum sermonem vertebant, atque in ipsorum scriptis Byzantinorum ingenia aemulari studuerunt 7).

mercio cum urbibus hanseaticis: Ewers, Geschichte der Russen, 246. Mendelssohn, Das Germanische Europa, Berlin, 1836, S. 428. — De pontificum Romanorum conatibus, ut doctrinae Catholicae in Rossiam aditum pararent: Napiersky, Index, I, N. N. 115, 127, 162, 297, 1364.

3) И. Р. И., II, 11; III, 12 — 15; IV, 9. — Cf. Успенская, О сцене прам. Р. И., стр. 41, 54.

4) ibid., V, 12, 13.

5) Полевая, И. Р. И., IV, 175 — 180; V, 15, 179. Cf. Ж. М. И. И., 1859, Генварь, стр. 8.

6) Карамзина, И. Г. Р., III, 245 — 248; V, 462.

7) Schlözer's Nestor, I, 10 — 15. Митрополита Евгенія. Словарь Историческій, II, 83 — 94. — Cf. I, 37, 114, 251 — 255, 320, 330, 333; II, 1, 16, 95, 140, 193, 200, 218, 265, 275, 283. — Калайдовича, Памятнику Р. Словосопни XII века, М. 1821.

Quamquam exeunte saeculo duodecimo in quibusdam Rossiae urbibus scholae publicae jamjam exstiterunt, ubi juvenus doctrina sacra atque literis graecis institueretur 8), nusquam tamen mentionem factam invenimus, has scholas ad erudiendum ac docendum populum destinatas fuisse. Quam ob causam, clericos tantum ibi institutos esse, veri simillimum mihi videtur. Sub Mongolorum dominatu haec etiam instituta pessum iverunt 9). — In annalibus commemoratur, illis temporibus Metropolitanam bibliothecam copiosissimam Mosquae coactam fuisse 10).

Lingua Rossica, quae secundum doctrinam Christianam servandis propriis majorum nostrorum moribus institutisque fortissimum erat praesidium, a solis fere clericis excolta est 11). Praecepta ac regulas artis Graecorum rhetoricae sacerdotes Rossicos, qui tum vixerint, studiose secutos esse, Metropolitana Mosquensis Philaretus satis perspicue probavit 12). Alia quidem scripta, quae ex longa hac periodo ad nostram usque asservata sint aetatem, perpauca inveniuntur 13).

In conclusione hujus capituli, una tantum eaque difficillima quaestio solvenda superest, — quanta

8) Ewers, Geschichte d. Russen, 129.

9) Schlözer's Nestor, I, 52.

10) Карамзина, И. Г. Р., v, 462.

11) Полевая, И. Р. Н., II, 223, 224.

12) Ж. М. Н. П., 1836 Фев., 233 — 235.

13) Строева, Хронологическое указание, ibid., 1834, Февраль.

Mongolorum fuerit vis ad civilem Rossiae statum? Ad hanc quaestionem respondeo Karamsinii verbis: „Россияне вышли изъ — подъ ига болѣе съ Европейскимъ, „нежели съ Азіяскимъ характеромъ“ 14). Neque aliter hoc fieri potuit; nam 1., Mongoli in patria nostra firmas atque stabiles sedes non collocarunt; 2., ethnici fuere, et 3., majores nostri altiore cultus gradum quam Mongoli obtinuerunt. Pro angustiis hujus opusculi finibus, mihi non est potestas in longam ingrediendi disputationem, quibus in rebus vestigia Mongolorum cognosci maxime queant; quam ob causam lectoribus doctissimum Richteri opus: „Исследования „о вліяніи Монголо-Татаръ на Россію; Спб. 1825“, etiam atque etiam commendo 15). In perpendenda autem hac quaestione gravissima egregiae Karamsinii sententiae ne obliviscamur, jam sine ulla Mongolorum vi factum esse, ut „характеръ Славянъ являеть въ себѣ ничто Азіяское“ 16).

14) И. Г. Р., изд. 3, v, 442. — Снегирева, Русскіе простонародные праздники, 35.

15) cf. Ф. Эрмана, Изясненіе нѣкоторыхъ словъ, перешедшихъ изъ восточныхъ языковъ въ Россійскій, М. 1830. — Fraehn, De origine vocabuli Rossici „деньги“, Casani 1815. — Lelewel, Numismatique du moyen-âge. Paris, 1835, t. II, pg. 65, 66.

16) I. I.

## Caput quintum.

### De statu cultus Rossorum a Joanne III usque ad Petri Magni imperium.

**A**cerbo servitutis jugo etsi tam diu patria nostra ingemuit, ipsi tamen Mongoli singularis imperii in Rossia instituti auctores fuerunt. Joannes Kalita, Simeon Superbus et Demetrius Donskoi potentiam atque auctoritatem Mosquae prae caeteris principatibus ad summum fastigium extulerunt. Existit inde insignium principum ordo, qui opus inchoatum perficerent, sejunctos principatus in unum imperium potentissimum redigerent, servitutis vincula rumperent. Hi principes viros externos, doctrinae atque optimarum artium studiis eruditos, quam plurimos in Rossiam allicere conabantur.

Joanne III imperante, multi Graeci docti in patriam nostram immigrarunt<sup>1)</sup>. Legatorum, quos ille tam saepe in exteras terras mittebat, cuique fere mandavit, ut artifices opificesque peregrinos secum in Rossiam adducerent<sup>2)</sup>. Horum omnium longe prae-

1) Карамзина, И. Р. Г., изд. 3, VI, 79. — Ж. М. И. И., 1838, Сентябрь, стр. 529.

2) id., ibid., VI, 82 — 90, 249 — 265.

stantissimus fuit Aristoteles Bononiensis<sup>3)</sup>. Basilii IV temporibus peritissimi medici exteri Mosquae commorabantur<sup>4)</sup>. Joanne IV regnante, quidam Germani, in Livonia nati, sedes suas in Rossia collocarunt<sup>5)</sup>. Typographi etiam peregrini illo tempore Mosquam venerunt<sup>6)</sup>. Dum Theodorus, Joannis IV filius, imperium teneret, „кроме чешырехъ или пяти „пшысячъ иностранцевъ — воншювь, Московская Лузская Слобода больше и больше населялась Ньмцами“<sup>7)</sup>. Quam Godunovii, tum interregni aetate permulti viri exteri variis muneribus fugebantur<sup>8)</sup>. Michaelis, Theodori filio, et Alexio, Michaelis filio, imperantibus, mercatores, artifices atque opifices ex omnibus Europae terris fines imperii Rossici intrarunt<sup>9)</sup>. Theodorus, Alexii filius, peregrinos quosque, artium peritos, in gratiam suam recepit<sup>10)</sup>.

Ex hac narratione succincta plane intelligimus, illis temporibus principes Rossicos summam in eo operam posuisse, ut artium opificiorumque in patria nostra progressum quam maxime adjuvarent. Non

3) id., ibid., VI, 85.

4) id., ibid., VII, 212.

5) id., ibid., IX, 101. Cf. Beiträge zur Kenntniss Russlands, herausg. von Ewers und Engelhardt, 1sten Bdes 1ste Hälfte, S. 187 u. ff.

6) Карамзина, И. Р. Г., IX, 53.

7) id., ibid., X, 283, 284.

8) id., ibid., X, 292, 303, 304; XI, 95 — 99; XII, 89. —

9) Берха, Царствование Царя Алексѣя Михайловича, I, 10 и слѣд.

10) Ewers, Geschichte der Russen, 411.

parem curam ii in provehendo literarum cultu gesserunt. Etiam si Joannes IV in quavis urbe scholas institui jussit, omnis tamen doctrina eo rediit, ut juventus legendi et scribendi arte imbueretur 11). Majore studio Godunovius cultui populari consuluit. Is adeo literarum Universitates condere atque docendi munus professoribus peregrinis mandare statuit; sed admodum clerus ei obstitit 12). Michael, Theodori filius, scholam Graeco-latinam Mosquae instituit, eique Arsenium, Graecum eruditum, praeposuit 13). Theodorus, Alexii filius, Academiam Slavico-graeco-latinam ibidem condidit 14). Anno millesimo sexcentesimo octogesimo quinto Sophronius et Joannicius, Lichudii, fratres, Graeci literis maxime insignes, ut docendi munere in ea fungerentur, peregre acciti sunt 15). At ne haec quidem literarum instituta, nisi sacerdotibus erudiendis, ulli alii ordini civium inserviebant.

Unde patet, hac etiam aetate clericos fuisse, qui eruditione et doctrina excelleret. Lectores dissertationis meae opus egregium Eugenii Metropolitanæ: „Словарь Историческій о бывших въ Россіи Писателяхъ духовнаго чина“ certe non ignorant. Quapropter ad singulas minimasque res non descendam; sed ea

11) Карамзина, И. Р. Г., IX, 150, 512.

12) id., ibid., XI, 95 — 98.

13) Митрополима Евгения, Словарь И., I, 48 и след.

14) id., ibid., I, 232; II, 225.

15) id., ibid., I. e.

praecipue ex opere illo promam, quibus res mihi tractanda penitus cognoscatur.

Sicut priore, ita hac ineunte periodo omnis clericorum opera eo rediit, ut vel Graecos imitarentur 16), vel, quum exigua adhuc iis esset linguae Latinae notitia 17), illorum scripta in sermonem Rossicum verterent. Qui vero certa quadam arte et altiore ratione vel unam partem Theologiae tractaret, nemo existiterat. Aliarum doctrinarum clerici plane rudes erant. Historia universalis Byzantinis auctoribus enarrata est 18). Majore cum studio patria historia est tractata 19).

Minore Rossia cum Magna temporibus Alexii, Michaelis filii, conjuncta, factum est, ut non solum ecclesiasticorum eruditio, sed etiam ille popularis cultus, commercio utriusque gentis, magis apte ad humanitatem institueretur. Nam literis in Minore Rossia latius quam tunc temporis in Magna florentibus, cum in hac vel scholae desiderarentur, in illa Academia Kiioviae condita, ad cujus exemplar Slavico-graeco-latina Academia Mosquae posteriore aetate constituta est, vigeat. Quam ob rem, nil mirum, cur, dum Magna Rossia quodam discendi tae-

16) id., ibid., I, 312, 321.

17) Снегирева о старинномъ Русскомъ переводѣ Тита Ливія. ВЪ У. З. М. У., 1833, I, 690 и след.

18) Стросва, Хронологическое указаніе. ВЪ Ж. М. Н. П., 1834, Февраль, 165.

19) ibid., 161 и след. — Митрополима Евгения, Словарь, I, 522, 525; II, 20 — 23.

dio detineretur, Minor Rossia arctiore literarum communiōe cum Europa gauderet.

Dissertationis angustiae non sinunt me amplius hanc rem explicare. Quapropter lectoribus opus tam saepe a me laudatum Eugenii Metropolitae de meliore nota commendo 20). Attamen hoc loco temperare mihi non possum, quin eloquar, Rossiam Minorem in clericorum numero tum habuisse Petrum Mogilam, Adamum Zernikavium, Lazarum Baranowitsch, Gabrielem Buschinskium, Demetrium Tuptaloum, Raphaellem Saborowskium, Stephanum Jaworskium, Theophanem Prokopowitsch, — qui viri optime de Rossia meruerunt. Non minoris certe momenti, quam utriusque Rossiae conjunctio, id demum fuit, quod Alexius, Michaelis filius, e Rossia Alba, ubi ingenii cultus non minus increverat 21), multos clericos eruditos Mosquam arcessivit. Ex his longe nobilissimus fuit Simeon Polozkius.

Quae hac tota periodo perpaucae vigeabant scholae, eas solum in usum clericorum constitutas fuisse, supra jam dixi. Ideo mirum non est, reliquos civium ordines non modo omni tum caruisse literarum cultu, sed earum quoque rerum fuisse rudes, quibus, ex nostri saeculi indole ac more, in quavis civitate bene instituta nemo certe carere debeat. Quam rarae illo tempore in Rossia fuerint literae, hoc docu-

20) *ibid.*, I, 12, 62, 77, 116, 172, 187, 197; II, 1, 5, 44, 156, 194, 204, 210, 251, 295.

21) Григоровича, Бѣлорусскій Архивъ, I, 42.

mento est, quod annalium scriptores diligenter mentionem faciunt de inopi ac manca doctrina, qua Godanovius Theodorum filium erudiendum curaverit 22). Alia ingenii excolendi subsidia prorsus defuere. Si quis legere noverat, non multa ei suppetebant, quibus discendi cupiditatem expleret. Jam Joannes IV officinam typographicam Mosquae condidit; sed omnis ejus opera versabatur in edendis libris sacris. (Ж. М. II, 1838, Сентябрь, стр. 562). Alexio, Michaelis filio, regnante, alia quoque scripta typis exprimi coepta sunt 23). Quam multae hac periodo fuerint bibliothecae, probabiliter dici non potest. Hoc tantum liquet, Basilium, Joannis filium, Graecum quendam, Maximum in Rossiam vocasse, qui bibliothecam, a principibus Mosquensibus coactam, in ordinem redigeret et opera quaedam in Rossicum sermonem converteret 24). Quae bibliotheca Joannis IV temporibus etiamnum exstiterat 25).

22) Карамзина, II. Г. Р., пад. 3, XI, 99.

23) Мширопольна Евгения, Словарь, I, 260 и слѣд.

24) Терещенко о трудахъ Максима Грека. ВЪ Ж. М. II, 1854, Августъ, 245 — 278.

25) Ключевска, Библиотека Великаго Князя Василія Ивановича и Царя Иоанна Васильевича; *ibid.*, 1834, Июнь, 397 — 419. — Спиревъ, I. I., стр. 695.

## Caput sextum.

De cultus popularis in Rossia statu inde a Petro Magno usque ad Nicolaum I Imperium auspicantem.

---

**H**is tam exiguis incrementis in humanioribus rebus, quibus Rossia, tarditate quadam et inopia altioris instinctus impedita, inde a Joanne III procedebat, exhibitis, quum nihil magni expectari videretur,—en existit Petrus Magnus, vir, cujus divino ingenio id factum est, ut patria nostra, impedimentis, quibus a cultiore Europa dirimebatur, sublatis, brevi inter praecipuas nationes primarias partes agere coeperit. Quod quum ille assequi studeret, nemo potest infitias ire, quin usus sit artibus nimis violentis, et mutationem illam magis vehementer permiscendo, quam comiter temporibus serviendo perfecit. Etenim cuicumque liquet, qui populus statum suum, insita sibi vi, suo impulsu quasi explicat, eum, quippe quem tempus ipsum ad maturitatem impellat, penitus instigari et ad humanitatem aptius informari solere. Quod quum ita sit, exstiterant, qui Petrum Magnum, nulla temporis illius ratione habita, perstringere velent, quum ei vitio darent, quod, admodum pervica-

ciae suae obtemperans, magis peregrinam aliquam formam populo suo impresserit, quam, quod rerum natura ferebat, cultum ipsum temporibus reliquerit, qui tum, ut tardius processisset, tamen firmiter et ex indole ipsius populi propagaretur. At haec vituperatio ab iis solis inferri potuit, quos illius temporis status Rossiae latet. Petrus Magnus, quam parum cultus Rossorum popularis exiguis illis subsidiis accreverit, quibus antecessores sui tanquam aptis et idoneis usi essent, satis cognovit. Jam amplius duo saecula inde a Joannis III imperio abierant; at populus Rossicus tamen summa ignorantia torpebat. Mutuus Rossiae et Europae status admodum interea invertitur, quin anceps fit ac difficilis. Austrii, Turcis Hungaria expulsis, novum idque potentissimum condiderant imperium; Turcia, pro magnis, quae acceperat, detrimentis, firma apparuit et metuenda; Suecia etiam, id quod periculosissimum videbatur, sub audaci atque bellicoso rege summum potentiae fastigium tenuit. Et patria nostra, nisi ad nihilum recidere voluit, properare debebat, ut vires ac opes suas firmioribus legibus institutisque exhiberet. At vero, rebus ita compositis, Petrus Magnus quomodo sperare potuit et expectare, fore, ut populi cultus in Rossia paullatim tandem progredia- tur, quum nemo mutationem ullam moliretur, omnes contra diu usitata ac vetera servare cuperent. „Peter der Grosse“, ut recte ait Mendelssohnus, „gehörte nicht zu den grossen Erscheinungen, auf welche die Zeit wartet, die das Volk erfleht. Er

„kam wie ein Blitz in tiefer Nacht, zertrümmernd „und befruchtend“ 1). Itaque Petro Magno id tantum experiri superfuit, ut cultum Europae imperatoria vi atque auctoritate in patriam nostram transferret. Quod quo facilius assequeretur, novam neque adhuc tritam ingressus est viam. Quae enim in aliis Europae civitatibus ex interiore populi indole prodierant, ea in Rossiam extrinsecus erant inducenda; quae alibi ab imis, ea hic a superioribus proficisci oportuit. Quam rem, insperato quodam modo, omnibus difficultatibus pervictis, Petrus Magnus assecutus est.

Hanc mutationem tam gravem atque difficilem ita ille exorsus est, ut adolescentes quosdam ad externos populos mitteret, multosque viros peregrinos in Rossiam evocaret. Postea in primis ad clerum nobiliumque ordinem animum convertit.

In omnibus Eparchiis Petrus Magnus scholas instituit 2). His scholis qui operam non dederint, eos in sacerdotum numerum recipi non licebat 3). Censatores autem ordinis sacri privilegio privabantur 4). Monachi juvenes Mosquam et Petropolim mittebantur, qui in seminariis instituenterentur 5). Monachae quoque disciplinam perceperunt, ut postea ipsae orbas erudire

1) Das Germanische Europa, S. 436.

2) Духов. Р., 1721, Г. 25, ч. II, г. I.

3) Ук. 1722, Мая 31; 1723, Г. 21.

4) Ук. 1722, Мая 31; 1724, Мая 29, §. 2.

5) Ук. о Монахахъ, 1724, Г. 31.

possent 6). Petrus Magnus Synodæ ecclesiasticae, ut tria conscriberet opera, mandavit: primum — Catechismum, alterum — de cujusque hominis officiis, tertium, quod selectas preces orationesque pias contineret. Qui libri, ut populo in ecclesiis festo quoque die praelegerentur, typis mandati sunt 7). Synodi sodalibus, qui de scriptis theologicis iudicium ferrent, censura erat commissa 8). Monasteria quaevis chirographa antiquiora, ut imprimerentur, Synodo mittere debebant 9).

Ad ordinem nobilium quod attinet, Petrus Magnus se optare fassus est, ut humaniore cultu prae ceteris excellerent 10). Scholae militares erudiendo tantum huic ordini sunt constitutae 11). Jussit etiam, ut, quicumque nobiles nec legere nec scribere neque lingua quadam peregrina callerent, jure hereditatis privarentur, et, si quis literarum inscitiam excusatione exiguae docilitatis suae praetegere vellet, ejus ingenii vires decursu annui temporis tentarentur, utrum re vera omni careret discendi facultate, nec ne 12).

Ad liberos muneribus publicis fungentium, quo-

6) ibid.

7) Дух. Р., ч. II, г. I.

8) ibid., ч. III, §. 5. — Ук. 1723, Окт. 5.

9) Ук. 1724, Ф. 16.

10) Ук. 1724, Г. 31, Инспр. Герольдмейстеру, 1722, Ф. 5,

§ 2. Ук. 1724, Ф. 5.

11) Ук. 1719, Г. 11; 1723, II. 9. Регл. Адмиралти, 1722, А. 5.

12) Ук. 1722, А. 6. Дух. Регл., ч. II, г. III, §. 17.

rum magnus tunc jam exstitit numerus, erudiendos, in quaque provincia „Цифирныя школы“ conditae sunt 13), in quibus docendi officium alumnis scholae artis maritimae erat delatum 14). At si ejus, qui muneris alicui praeerat, filius nec legendi neque scribendi artem noverat, uxorem ducere ei non licebat; qua tamen poena eximi poterat, si opificium quoddam didicisset 15).

Ne vulgi quidem cultum Petrus Magnus neglexit. Magistratibus praecepit, ut scholas populares instituerent 16).

His omnibus institutis Petrus Magnus condenda doctrinarum Academia tanquam coronam imponi statuit 17). Jam antea, quicumque in imperio commorabatur, lege adstringebatur, ut, simulac rari quid offenderet, id per loci sui magistratum Petropolim mitteret 18). Quod tunc temporis a Petro Magno denuo praeceptum est 19).

Ut nullam omnino viam ac rationem praetermitteret, qua populi cultum adjuvari posse putabat, Petrus Magnus typographeorum numerum augendum

13) Ук. 1714, Ф. 28; 1716, Г. 18; 1722, Мая 31.

14) Ук. 1720, А. 30.

15) Ibid.

16) Регл. Глав. Магистр., 1721, Г. 16, §. 21. Дух. Регл. ч. II, г. III.

17) Ук. 1724, Г. 28 и Авг. 10.

18) Ук. 1718, Ф. 13.

19) Ук. 1724, Г. 28.

curavit 20). Adolescentes quosdam interpretum munere fungi jussit 21). At longius etiam progressus est; nam anno millesimo septingentesimo quarto novam ipse scribendi formam invenit 22). Julianam temporis computationem in Rossiam quoque introduxit 23). Inter ejus imperium multi viri peritissimi in varias Rossiae provincias missi sunt, qui urbes atque loca insignia describerent 24).

Meum non est enarrare, qua potissimum ratione Petrus Magnus socialem populi vitam externis moribus adaequare studuerit. Cujus, hoc ut sciat, multum interest, is Petri Magni de ea re praecepta ipse legat 25).

Haud dubie proximi successores Petri Magni hoc maxime de Rossia meruerunt, quod, quae ille aut perfecerat, aut modo susceperat, ea diligenter servabant atque pro tempore adjuvabant. Catharina I doctrinarum Academiam Petropoli aperuit 26). Anna I in excolendo militum nobiliumque ordine plurimam

20) Митрополипа Евгения, Словарь, I, 272.

21) Ук. 1724, Г. 23.

22) Митрополипа Евгения, Словарь, I, 273. Кеппена, Матеріалы, н. II, 18. Московскій Телеграфъ, 1827, VI, 78, 182.

23) Ук. 1699, Дек. 19.

24) Ук. 1720, Д. 22; 1723, Авг. 28.

25) Указы: 1714, Д. 12; 1715, С. 5; 1718, Н. 26; 1722, Июня 12, 14; 1723, Июня 28.

26) А. 1725, Кеппена, Матеріалы, н. I, 16, 54.

operam posuit 27); scholam militarem Petropoli condidit 28). Elisabetha I nobilibus ceterisque civium ordinibus praecepit, ut liberos suos erudirent 29). Anno millesimo septingentesimo septimo et quadragesimo gymnasium academicum Petropoli institutum est 30). Schuvalovii consilio, Elisabetha I literarum Universitatem atque duo gymnasia Mosquae condidit 31). Anno millesimo septingentesimo octavo et quinquagesimo Casani gymnasium est conditum 32). Eodem anno artium Academia instituta est. Anno millesimo septingentesimo sexagesimo, Elisabetha imperatrix, probato Schuvalovii consilio, in amplioribus urbibus gymnasia institui, atque scholarum popularium augeri jussit numerum. Neque educationem domesticam neglexit; nam mandavit, ne quis peregrinus juventutem privatim doceret, nisi ab Universitate Mosquensi doctrinae ac morum testimonio accepto 33).

27) Ук. 1731, 23 II.; 1739, 21 С.

28) Ук. 1731, Д. 4. — Объ инвентаряхъ Ук. 1735, Ф. 25; 1739, Г. 12. О годишнихъ отчетяхъ касательно успѣховъ просвѣщенія, Ук. 1737, С. 23.

29) Ук. 1743, Апр. 30. — О чиновникахъ Ук. 1744, Н. 28.

30) Кеппена, Маперіялы, N. III, 45. — Ук. 1751, Ф. 3.

31) Снегирева, de origine, statu et incrementis С. У. Mosquensis. М. 1830. Давыдова, о вліянніи М. У. на отечественную Словесность. М. 1834. Морозкина, объ участіи М. У. въ образованіи о. Юриспруденціи, У. З. М. У., 1834, N. VIII.

32) Прѣбавленіе къ Казанскому Вѣстнику. К. 1828.

33) Ук. 1757, М. 5.

Catharina II opus, a Petro Magno inchoatum, continuavit. Populi cultum maximae sibi curae fuisse, in „Наказѣ“ plane exposuit 34). Anno millesimo septingentesimo octogesimo secundo delectis quibusdam viris negotium dedit, ut de augendis atque bene instruendis literarum institutis rationem inirent 35). Anno millesimo septingentesimo octogesimo sexto „Успавъ народнымъ училищамъ въ Россійской Имперіи“ confirmavit 36). Eodem anno gymnasium ad informandos juventutis scholasticae praeceptores Petropoli institui jussit 37). Jam antea (a. 1784) Potemkinio mandavit „учредить Университетъ въ Губернскомъ городѣ Екатеринбургскомъ Намѣстничества“ 38). Sed ea Universitas nondum erat aperta, quum perpauci tirones eam adire possent, quorum tanta fuisset doctrina, ut bono eventu scholas academicas frequentarent. Anno millesimo septingentesimo octogesimo sexto consilium, condendis scholis institutum, edictum imperatorium accepit „о составленіи плана для заведенія Университетовъ въ Псковѣ, Черниговѣ и Пензѣ“ 39). Anno millesimo septingentesimo sexagesimo quarto Catharina

34) Наказъ Комиссіи о сочиненіи проекта новаго уложенія, 245. Ук. 1775, Н. 7.

35) Ук. 1782, С. 7.

36) Ук. 1786, А. 5.

37) Периодич. соч. о успѣхахъ и. просв. въ Р., VIII, 8, ст. Ук. 1778, Д. 24; 1779, Г. 6; 1784, Апр. 11; 1786, Марта 9; 1788, Іюля 27.

38) Ук. 1784, С. 4.

39) Ук. 1786, Г. 29.

imperatrix artium Academiam eximiis privilegiis donavit 40). Anno milles. septingentes. octogesimo tertio Academiam Rossicam ad patriam provehendam literaturam condidit 41).

In humaniorem nobilium cultum maximam contulit operam 42). Qua in re Anhaltini comitis et Melissinii laudanda sunt insignia merita.

Neque minuendam hominum miseriam Catharina II neglexit. Anno milles. septingentes. sexagesimo tertio instituit duo parvulorum expositorum hospitia cum scholis conjuncta, — alterum Petropoli, alterum Mosquae 43). De his hospitii optime Bezkoius meruit.

Quum multi peregrinorum in patria nostra sedes suas collocarent, scholis quoque in eorum usum instituendis est prospectum. Anno milles. septingentes. sexages. secundo „Главное Нѣмецкое Училище Св. Петра въ С. Петербургѣ“ conditum est. Bellis, quae Rossia illis temporibus cum Turcia gessit, quidam coacti erant Graeci, ut in Rossicum imperium confugerent. Ideo anno milles. septingentes. septuages. quinto gymnasium graecum Petropoli institutum est 44).

40) Ук. 1764, Н. 4.

41) Ук. 1783, Окп. 21.

42) Ук. 1775, Н. 7, г. XVI, 222. Сф. Указы: 1762, 1766, 1784, 1786, особливоже 1792, Июня 12. — Смольный Монастырь 1764. Сф. Ж. М. Н. П., 1839, Январь, стр. 22.

43) Сф. Указы: 1786, Июля 15; 1787, Г. 25; 1789, Мая 14; 1794, Июня 21.

44) Ук. 1775, Апр. 17.

At iis adeo imperii locis, quae ad Catharinae II usque auspicia foeda feritate horruerunt, insulis scilicet Kamtschatkae adjacentibus, morum ac literarum cultus divulgari coeptus est 45).

Quo etiam agriculturae atque mercaturae progressus magis adjuvantur, „Школа Земледѣльческая „Близъ Царскаго Села“, Samborskio rectore 46), et Водоходное Училище“ 47) conditae sunt. Anno milles. septingentes. sexages. quinto „Вольное Экономическое „Общество“ effloruit. Anno milles. septingentes. septuages. secundo Demidovius „Коммерческое Училище“ Mosquae instituit.

Catharinae II demum imperio in ampliorem Rossi patriae suae notitiam venerunt. Plurimum ad id egregia opera, quae a sodalibus Academiae doctrinarum Petropolitanae conscripta sunt, contulerunt. Ipsa imperatrix composuit: Записки касательно Россійской „Исторіи“.

In Universitate literarum Mosquensi „Вольное „Россійское Собрание“ illo tempore exstitit 48). Librorum censura erat collegio, cui cura disciplinae publicae tradita est, commissa 49).

45) Митрополита Евгенія, Словарь, I, 299: „Въ Кадьякъ Миссіонерами заведена была школа“.

46) Id., ibid., I, 41.

47) Ук. 1786, Г. 29.

48) Греча, Опытъ краткой Исторіи Русской Литературы, въ Учебной Книгѣ Р. Словесности, ч. IV, стр. 420.

49) Storch's Russland unter Alexander, I, 194.

Officinae quoque typographicae multae instructae sunt 50), quum anno milles. septingentes. octoges. tertio unicuique imperatrix permiserit „заводитьъ „вольныя типографіи, подъ надзираніемъ полицейской „Цензуры“ 51).

His igitur subsidiis usa est Catharina II, ut populi Rossici cultum maturaret atque augetet. „И чудно ли, что Россія, въ 34 года дѣятельнаго царствования, коюраго главною цѣлію было народное просвѣщеніе, споль преобразилась, возвысилась духомъ, созрѣла умомъ“....? 52).

Haud diuturnum Pauli I imperium fuit. Neque hoc ipso tempore popularis Rossorum cultus incrementa impedita sunt. Erudiendis militum liberis 53) atque iis rusticis, qui in ipsius imperatoris servitio erant 54), Paulus I scholas condi jussit. Ut etiam clericorum, qui alienam confitebantur fidem, cultus bene procederet, seminaria exstrui mandavit 55). Duas in usum cleri Rossici instituit Academias, alteram Petropoli, alteram Casani 56). Anno milles. septingentes. undecentesimo literarum Universitas Dor-

51) Ук. 1783, Г. 15.

52) Карамзина, Историческое похвальное слово Екашеринѣ Впороѣ.

53) Ук. 1798, Д. 23.

54) Ук. 1797, Апр. 5.

55) Ук. 1797, Д. 19.

56) Ук. 1797, Д. 18.

pati instituta est 57). Quicumque juvenes in omni Rossorum imperio literis operam dabant, iis magna beneficia atque amplissimi honores promissi sunt 58). Hoc autem optimum sane imperatoris Pauli I fuit consilium, quod conjugii excelsae publica liberalitatis instituta administranda detulit 59). Et profecto, duorum et triginta annorum spatio, quo Maria imperatrix muneri illi difficillimo praefuit, haec instituta in optimum statum redacta sunt.

Initis tandem ab Alexandro I imperii auspiciis, popularis in Rossia cultus mox laetio rem et in posterum prosperiorem formam prae se ferre coepit. At in primis hoc erat faustissimum omen, quod, in Ministerio cultus publici constituendo, ipse Augustissimus imperator, omnem civilem fortunam populi cultu niti, sapientissime atque humanissime confessus est 60). Quod quo evidentius luculentiusque etiam comprobaret, jussit, ut consilium virorum illustrium, ipso Ministro praeside, literarum institutis prospiceret. Anno milles. octingentes. secundo Alexander I hujus consilii de condendis scholis sententiam suo

57) Ук. 1799, Мая 4. — Cf. Die Kaiserliche Universität zu Dorpat, fünf und zwanzig Jahre nach ihrer Gründung. D. 1827; S. II.

58) Ук. 1797, Июня 12.

59) Императрица Марія Осодоровна въ Богоугодныхъ Ея Заведеніяхъ. Съ Пѣмецкаго перев. Ганъ. Спб. 1852. Cf. Ж. М. Н. П., 1839, Генварь, стр. 24: „Воспитаніе женскаго пола . . . получило у насъ свою систему, приведенную въ цвѣтущее „состояніе попеченіями незабвенной Матери Царей нашихъ, „Которой имя вписано въ скрижаль Истории на ряду съ нами важнѣйшихъ народныхъ благопovitрителей“.

60) Маниф. 1802, Сенс. 8.

assensu comprobavit 61). In primo capite § II imperatorii ea de re edicti haec exstant: in humaniorem civium cultum quatuor scholarum instituenda sunt genera: 1., scholae parochiales; 2., scholae provinciales; 3., gymnasia et 4., literarum Universitates. Anno milles. octingentes. tertio Universitates Vilnae 62) et Dorpati constitutae novas regulas acceperunt 63). Proximo anno Universitatibus Mosquae, Casani et Charkoviae conditis statuta sunt confirmata 64). Quae beneficia, quum viderent sibi tanta humanitate ipsum imperatorem praeire, proceres nostri grato animo excipiebant et summo studio cumulabant 65).

Universitatibus tandem bene instructis, consilium, supra commemoratum, hoc sibi proposuit, ut inferiora literarum instituta emendarentur. At multae obstabant huic incepto difficultates, quarum maxima in exiguo fuit praeceptorum numero. Quam ob rem, quod antea jam exstiterat, seminarium futuris scholarum magistris destinatum, tunc temporis denuo instructum atque nomine Instituti Paedagogici appellatum, Universitati Petropoli condendae subjectum

---

61) Ук. 1803, Г. 24.

62) Documenta historica de pristino hujus Universitatis statu v. apud Storchium in Russland unter Alexander, I, 297 et sq.

63) Ук. 1803, Апр. 4, Мая 18 и С. 12.

64) Ук. 1804, Н. 5.

65) Ук. 1805, Июня 6; 1805, Мая 27. — Qua de re inprimis Demidovius et Besborodko optime meruerunt. — Expugnata Finnia (a. 1809), Universitatibus Rossicis Aboënsis etiam adnummata est.

est 66). Quae literarum Universitas anno milles. octingentes. undevicesimo, loco hujus Instituti, existere coepit 67). Anno millesimo octingentes. septimo decimo „Ришельевскій Лицей въ Одессѣ“ 68), anno milles. octingentes. undevicesimo „Вольнскій Лицей въ Кременцѣ“ 69), privatorum liberalitate constituta sunt.

Anno milles. octingentes. tertio Academia doctrinarum Petropolitana nova eaque meliora praecepta accepit 70). Eodem tempore Academia Rossica instaurata est. Anno milles. octingentes. secundo artium Academia, amplissimis privilegiis donata, novum rerum ordinem incoepit 71). Anno milles. octingentes. octavo Academia Medico-chirurgica Petropoli condita est 72).

Jam anno milles. octingentes. primo Alexander imperator consilium probavit, quod Subovius princeps de instituendis scholis militaribus ei proposuit. Anno milles. octingentes. tertio societas est electa, quae Subovii rogationem accuratius exploraret atque scholas militares quam celerrime aperiundas curaret. Hujus societatis ea de re arbitrium anno milles. oc-

---

66) Ук. 1804, Апр. 16.

67) Ук. 1819, Февр. 8.

68) Ук. 1817, Мая 2.

69) Ук. 1819, Генв. 18.

70) Ук. 1803, Июля 25.

71) Ук. 1802, Октя. 22.

72) Ук. 1808, Июня 28. — Ук. 1810, Июля 15. — Кеппена, Матеріалы, N. III, 12, 13.

tingentes. quinto ab ipso imperatore confirmatum est 73). Eodem anno „Морской Кадетскій Корпусъ“ novas leges accepit. Anno milles. octingentes. tertio „Корабельное Училище“ Petropoli conditum est 74). Anno 1804 „Горный Кадетскій Корпусъ“, proximo anno „Училище Правовѣденія“, anno 1809 „Испинпуптъ „Пушей Сообщенія“, anno 1810 „Царскосельскій Лицей“ Alexander I institui jussit 75).

Etiam literarum instituta, ubi clerici Rossici doctrina fruebantur, novam formam novasque leges acceperunt 76). Erudiendo clero Romano-Catholico seminarium Vilnae est constitutum 77).

Quo res rustica et mercatura magis progredientur, condita sunt: „Земледѣльческое Училище 78), „Училище Лѣсоводства 79), Коммерческiя Училища“ 80).

Raro principis alicujus, ut literae progressus facerent, tantum interfuit, quantum Alexandri I. Scrip-

73) Ук. 1805, Окт. 9. — cf. Ук. 1805, Окт. 19.

74) Ук. 1803, Мая 12.

75) Указы: 1804, Г. 19; 1805, Авг. 1; 1809, С. 7; 1810, Авг. 19.

76) Ук. 1808, Июня 26.

77) Ук. 1805, Июля 18.

78) Ук. 1801, Ф. 20.

79) А. 1803, 1807.

80) Одесское и Московское 1804, Таганрогское 1806.

tores claros multis et magnis praemiis donavit; saepe opera egregia suis sumtibus imprimi jussit. Brevi post quam imperii auspicia inierat, interdictum de libris invehendis dissolvit 81). Anno milles. octingentes. quarto „Успавъ о Цесцуръ“ in lucem prodiit 82). Multae literarum societates illis temporibus junctae sunt 83). Alexander I, ne quam rationem inexpertam praetermitteret, qua cultum popularem propagari posse putabat, plures rerum investigatores, quibus singulis munus quoddam cognoscendi mandavit, suis sumtibus in terris exteris peregrinari jussit 84). Postremo etiam hoc addam, Rossos sub Alexandro I primam circa orbem terrarum, Krusensternio duce, navigationem fecisse 85).

Mirabilis sane ac singularis est mutatio, quam Petrus Magnus molitus est. Catharina II et Alexander I, quo erant integerrimo patriae studio et ingeniosa mente, eandem mutationem pari auspicio exceperunt, percoluerunt. At stirps peregrina, Petri

81) А. 1801.

82) Ук. 1804, Июля 9.

83) Кеннена, Матерiалы, N. II, 421 и слѣд.

84) Storch's Russland unter Alexander, I, 140.

85) Id. ibid., I, 63 und fig.

Magni vi et voluntate in terram Rossicam transducta, nondum satis ubique irroboravit; ingenii cultus, qui ad superiorem pertinuit civium ordinem, populi multitudinem collustrare non valuit. Ut literarum ac morum cultus indolem propriam magis atque popularem induat, — hoc est pensum difficillimum, quod Nicolaus I Imperator, qui illustri gloria nunc Rossiae dominatur, absolvendum sibi constituit. Sed hac de re in altera s. statistica dissertationis meae parte disertius agam.

